

Alte Drucke

**C. IVLII || CAESARIS || COMMEN-||TARII. || Quæ in hac
habeantur editione, sequens || pagella docebit. ||**

Caesar, Gaius Iulius

Lvgdvni, 1534

A. HIRTII, AVT OPII COMMENTARIORVM DE BELLO AFRICO LIBER QVINTVS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150541

controuersijs cognoscit, & statuit iura in Tetrarchas, Reges, ciuitates distribuit. Mithridatem Pergamenū, quo rem feliciter, celeriterq; gestam in Aegypto superscriptimus, regio genere ortum, disciplinis etiā regijs educatum (nam eum Mithridates Rex Asiæ totius propter nobilitatē Pergamo paruulū secum asportauerat in castra, multosq; tenuerat annos.) Regem Bosphori constituit, quod sub imperio Pharnacis fuerat: Prouinciasq; populi Romanis barbaris, atq; inimicis Regibus interposito amicissimo Rege, muniuit. Eidē Tetrarchiā legibus Gallogræcorū, inre gentis, & cognationis adiudicauit, occupatam, & possessam paucis ante annis à Deiotaro. Neq; tamē usquā diutius moratus est, quā necessitas urbanarū seditionum pati uidebatur. Rebus felicissime, celerimeq; confectis in Italiam celerius omnium opinione uenit.

Cæsar in Italiam reditus.

A. HIRTII, AVT OPII
COMMENTARIORVM DE
BELLO AFRICO LI
BER QVIN-
T V S.



AESAR itineribus iustis confectis, nullo die intermisso ad XIII. Calēdarū Ian. in Lilybæū peruenit, statimq; ostendit sese naues uelle conscendere, cum non amplius legionem tyronum haberet unam, equitesq; uix sexcentos. Tabernaculum secundum litus ipsum constituit, ut propē fluctus uerberaret.

Hoc

Hoc eo consilio fecit, ne quis moræ quicquam fore speraret, & ut omnes in dies, horasq; parati essent. Incidit per id tempus, ut tempestates ad nauigandum idoneas nō haberet. Nihilominus tamen in nauibus remiges, militesq; continere, & nullam prætermittere occasionem projectionis, cum præsertim ab incolis eius Prouinciæ nuntiarentur aduersariorum copiæ, equitatus infinitus, legiones regie quatuor, leuis armaturæ magnæ uis, Scipionis legiones decem, elephanti centum uiginti, classesq; esse complures, tamen non deterrebatur, animoq; & spe confidebat. Interim in dies & naues longe adaugeri, & onerariæ complures eodem concurrere, & legiones tyronum conuenire. In his ueterana legio quinta, equitum ad duo millia, legionibus collectis sex, & equitum duobus millibus, ut quæq; prima legio uenerat, in naues longas imponebatur, equites autem in onerarias: ita maiorem partem nauium antecedere iussit, & Insulam petere Aponianam, quæ abest à Lilybeo. Ibiq; commoratus, Aponiana insula.
Allienus prætor Siciliæ. bona paucorum uendit publice. Deinde Allieno prætori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcipit, & de reliquo exercitu celeriter imponendo. Datīs mandatis, ipse nauem conscendit ad VI. Calendarum Ian. & reliquas naues statim est consecutus: ita uento certo, celeriq; nauigio uectus, post diem quartam cum longis paucis nauibus in conspectum Africæ uenit. Namq; onerariæ reliquæ præter paucas, uento dispersæ, atq; errabundæ diuersa loca petierunt. Clupeam classe præteruehitur, deinde Neapolim: cōplura præterea castella, & oppida nō longe à mari relinquit. Postquam Adrumetū accēssit,

G. Confidius.
Cn. Piso.

L. Plancus.

cessit, ubi praesidium erat aduersariorum, cui praeerat C. Confidius, & à Clupea secundum oram maritimā, cum equitatu Adrumeti Cn. Piso cum Mauris circiter tribus millibus apparuit. Ibi paulisper Caesar ante portum cōmoratus, dum reliquae naues cōuenirent, exponit exercitum. Cuius numerus in praesentia fuit peditum trium milium, equitum centū quinquaginta. Castrisq; ante oppidū positis, sine iniuria cuiusquā cōsedit, cohibetq; omneis à praeda. Oppidani interim muros armatis cōplent, ante portū frequētes cōsidunt ad se defendēdū, quorū numerus duarū legionū intus erat. Caesar circum oppidū uectus, natura loci perspecta, redit in castra. Non nemo culpae eius, imprudētiaeq; assignabat, quod neq; certū locū gubernatoribus, praefectisq; quod peterent, praeceperat: neq; ut more ipsius cōsuetudo superioribus tēporibus fuerat, tales bellas signatas dederat, ut in tempore his perlectis locum certū peterent uniuersi: quod minime Caesarē sefellerat: namq; nullū portū terrae Africae, quod classes decurrerent, pro certo tutum ab hostiū praesidio fore suspicabatur, sed fortuitu oblatam occasione egressus aucupabatur. L. Plancus interim legatus petit à Caesare, ut sibi daret facultatē cum Confidio agēdi, si posset aliqua ratione perducī ad sanitatem. Itaq; data facultate literas cōscribit, & eas captiuo dat perferendas in oppidum ad Cōsidium. Quod si mulatq; captiuus cum peruenisset, literasq; ut erat mādātum, Confidio porrigere cōpisset: prius quam acciperet ille, Vnde, inquit, istas? Tum captiuus, Venio a Caesare. Tunc Confidius, Vnus est, inquit, Scipio imperator hoc tempore populi Ro. Deinde in conspectu suo captiuum statim

statim interfici iubet: literasq; nondum perlectas, sicut erant signatae, dat homini certo ad Scipionem perferendas. Postquam una nocte, & die ad oppidum consumpta, neq; responsum ullum à Confidio dabatur, neq; ei reliquae copiae succurrerant, neq; equitatu abundabat, & ad oppidum oppugnandum non satis copiarum habebat, & eas tyronum, neq; primo aduentu conuulserant exercitū uolebat, & oppidi egregia munitio, difficilisq; ad oppugnandum erat accessus, & nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias uenire, nō est uisa ratio ad oppugnandum oppidum cōmorādi: ne, dum in ea re Caesar esset occupatus, circumuentus à tergo ab equitatu hostium laboraret. Itaq; castra cum mouere uellet, subito ex oppido erupit multitudo, atq; equitatus subsidio uno tempore eis casu succurrit, qui erat missus ab Iuba ad stipendium accipiendum, castraq; unde Caesar egressus, iter facere coeperat, occupant, & eius agmen extremū insequi coeperunt. Quae res cū animaduersa esset, subite legionarij consistunt, & equites, quanquam erant pauci, tamen contra tantam multitudinem audacissime cōcurrunt. Accidit res incredibilis, ut equites minus triginta Galli, Maurorum equitum duo millia loco pellerent, urgerentq; in oppidum. Postquam repulsi, & coniecti erant intra munitiones, Caesar iter cōstitutum ire contendit. Quod cum sepius facerent, & modò insequerentur, modò rursus ab equitibus in oppidum repelleretur, cohortibus paucis ex ueteranis, quas secum habebat, in extremo agmine collocatis, & parte equitatus, iter leniter cum reliquis facere cepit. Ita quanto longius ab oppido discedebatur, tanto

c c s tardio

Gallorum equitum fortitudo.

Ruspina opp.
Leptis ciuitas.

tardiores ad insequendum erant Numidæ. Interim in itinere ex oppidis, & castellis legationes uenire, polliceri frumentū, paratosq; esse, quæ imperasset, facere. Itaq; eodē die castra posuit ad oppidum Ruspina. Calen. Ian. inde mouit, & peruenit ad oppidum Leptin liberam ciuitatē, & immunem. Legati ex oppido ueniunt obuiam, libenter se omnia facturos, quæ uellet, pollicentur. Itaq; Centurio nibus ad portas oppidi, & custodijs impositis, ne quī miles in oppidum introiret, aut iniuriam faceret culpam incolæ, non longe ab oppido secundum litus facit castra. Eodē naues onerariæ, & longe nōnullæ casu aduenerūt. Reliquæ, ut est ei nuntiātū, incertæ locorum. Vticam uersus petere uisæ sunt. Interim Cæsar à mari non digredi, neq; mediterranea petere propter nauium errorē, equitumq; in nauibus omnē continere, ut arbitror, ne agriustarentur: aquam in naues iubet cōportari. Remiges interrim, qui aquatum è nauibus exierant subito equites Mauri, neq; opinantibus Cæsarianis adorti, multos iaculis cōuulnerauerunt, nōnullos interfecerunt. Latent enim insidijs cum equis inter cōualles, & subito exeunt, non ut in campo cōtinus depugnent. Cæsar interim in Sardiniam nuntios cum literis, & in reliquis Prouincijs similes dimisit, ut sibi auxilia, cōmeatus, frumentū, simulq; literas legissent, mittenda curarent: exoneratisq; partim nauibus longis, Rabirium Posthumium in Sciliam ad secundum cōmeatum accersendū mittit. Interim cum x. nauibus lōgis ad reliquas naues onerarias cōquirendas, quæ deerrassent, & simul mare tuendū ab hostibus iubet proficisci. Itē C. Salustiu Crispū prætorē ad Cercinā Insulam

Rabirius Posthumius.

C. Salustius Crispus.
Cercinna insula.

lam uersus, quam aduersarij tenebant, cum parte nauium
 ire iubet, quod ibi magnū numerū frumenti esse audiebat.
 Hec ita imperabat, itaq; unicuiq; præcipiebat, ut si fieri
 posset, nec locum ullum excusatio haberet, nec morā ter=
 giueratio. Ipse interea ex perfugis, & incolis cognitis
 conditionibus Scipionis, & qui cum eo contra se bellum
 gerebant, miserari. Regium enim equitatum in Prouincia
 Africa Scipio aiebat. Tanta hominū erat demētia, ut mal=
 lent Regis esse uectigales, quam cum ciuib; in patria, in
 suis fortunis esse incolumes. Caesar ad III. Nonariū Id=
 uia. castra mouet, Leptiq; sex cohortiū præsidio cum Sa Saserua.
 serna relicto, ipse rursus unde pridie uenerat, Russinam
 cum reliquis copijs conuertit, ibiq; sarcinis exercitus reli=
 ctis, ipse cū expedita manu proficiscitur circum uillas fru=
 mentatū: oppidanisq; imperat, ut plaustra, iumenta q; o=
 mnia sequantur. Itaq; magno frumenti inuento numero,
 Russinam redit. Hoc cum idcirco existimo fecisse, ne ma=
 ritima oppida post se uacua relinqueret, præsidiaq; firma=
 ta ad clas̃is receptacula muniret. Itaq; ibi relicto P. Saser=
 na, fratre eius, quem Lepti proximo oppido reliquerat
 cum legione, iubet comportari ligna in oppidum quam=
 plurima. Ipse cum cohortibus septem, quæ ex ueteranis
 legionibus in classe cum Sulpitio, & Vatinio rem ges=
 serant, ex oppido Russina egressus, proficiscitur ad
 portum, qui abest ab oppido millia passuum duo. Ibiq;
 classem sub uesperum cum ea copia conscendit, omnibus
 in exercitu inscijs, & requirentibus imperatoris consi=
 lium, magno metu, ac tristitia sollicitabantur. Parua enim
 cum copia, & ea tyronū, neque omni exposita in Africa
 contra

cōtra magnas copias, & insidiosæ nationis, equitatumq;
 innumerabilē, se expositos uidebant: neq; quicquam sola
 tij in præsentia, neq; auxilium in suorū cōsilio animadu-
 tebant, nisi in ipsius imperatoris uultu, uigore, mirabiliq;
 hilaritate. Animum enim altum, & erectum præ se gere-
 bat. Huic acquiescebāt homines, & in eius scientia, & cō-
 silio omnia sibi procliuia, omnes fore sperabant. Caesaris
 nauibus una nocte cōsumpta, iam cælo albescente, cū pro-
 ficisci conaretur, subito nauium pars, de qua timebat, ex
 errore eodē cōferebatur. Hac re cognita, Caesar celeriter
 de nauibus imperat omnes egredi, atq; armatos in litore
 reliquos adueniētes milites expectare. Itaq; sine mora
 nauibus eis in portum receptis, & aduectis militum, equi-
 tumq; copijs, rursus ad oppidum Ruspinam redit, atque
 ibi castris constitutis, ipse cū cohortibus expeditis xxx.
 frumentatū est profectus. Ex eo est cognitum Caesaris cō-
 silium, illum cū classe, nauibus onerarijs, quæ deerrassent,
 subsidio ire clam hostibus uoluisse, ne casu imprudentes
 suæ naues in classē aduersariorum inciderent: neq; eam
 rem eos uoluisse scire, qui in præsidijs relictī milites fuiss-
 sent, ne propter suorum paucitatem, & hostium multi-
 tudinem metu deficerent. Interim cum iam Caesar pro-
 gressus esset è castris circiter millia passuum tria, per spe-
 culatores, & antecessores equites nuntiatur ei copias ho-
 stium haud longe à sese uisas, & Heracle cum eo nuntio
 puluis ingens conspici cœptus est. Hæc recognita, Caesar
 celeriter iubet equitatum uniuersum, cuius copiam habuit
 in præsentia nō magnam, & sagittarios, quorum paruos
 è castris secum exierat numerus, accersi, atq; ordinati in
 signa

signa se leniter consequi, ipse antecedere cum paucis armatis. Iamq; cum procul hostis conspici posset, milites in campo iubet galeari, & ad pugnam parari, quorum omnino numerus fuit xxx. cohortium cum equitibus cccc. & sagittarijs. Et hostes interim, quorum dux erat Labienus, & duo Pacidij aciem dirigunt mirabili longitudine non peditum, sed equitum confertam, & inter eos levis armaturæ Numidas, & sagittarios pedites interposuerant, & ita condensauerant, ut procul Caesariani pedestres copias arbitrarentur, & dextrum, ac sinistrum cornu magnis equitum copijs firmauerant. Interim Cæsar aciem dirigit simplicem, ut poterat, propter paucitatem, sagittarios ante aciem constituit, equites dextro, sinistroq; cornu opponit, & ita præcipit, ut prouiderent, ne multitudine equitatus hostium circumueniretur. Existimabat enim se cum pedestribus copijs acie instructa dimicaturum, cum utrinq; expectatio fieret, neq; Cæsar remoueret, & cum suorum paucitate contra magnam vim hostium artificio magis, quam uiribus decertandum uideret, subito aduersariorum equitatus sese extendere, & in latitudinem promouere, collesq; complecti, & Cæsaris equitatum extenuari, simulq; ad circumeundum cōparare se cōperant. Caesariani equites eorū multitudinem ægre sustinebant, Acies interim mediæ cum concurrere conantur, subito ex condensis turmis Numidæ levis armaturæ cum equitibus procurrunt, & inter legionarios pedites iacula coniiciunt. Hic cū Caesariani in eos impetum fecissent, illorum equites refugiebant, pedites interim resistebant, dū equites rursus concursu renouato peditibus suis succur-

Labieni & Pacidij acies inter Cæsarem.

Pælium inter Cæsarem & Labienum.

succurrerent. Caesar nouo genere pugnae oblato, cum adie
 maduerteret ordines suorum in procurrendo turbari: pedi
 tes enim, dum equites longius à signis persequuntur, late
 re nudato à proximis Numidis iaculis uulnerabatur: equi
 tes autem hostium pilum militis cursu facile uitabant: eu
 cit per ordines, ne quis miles à signis quatuor pedes lon
 gius procederet. Equitatus interim Labieni suorum mul
 tudine cōfusus, Caesaris paucitatem circūire conatur. Equi
 tes Iuliani pauci, multitudine hostium defessi, equis con
 uulneratis, paulatim cedere: hostis magis, magisque insti
 re. Ita puncto temporis omnibus legionarijs ab hostium
 equitatu circumuentis, Caesarisq; copijs in orbem cōple
 sis, intra cancellos omnes coniecti pugnare cogebantur.
 Labienus in equo capite nudo uersari in prima acie, se
 mul suos cohortari, nōnūquā legionarios Caesaris ita ap
 pellare. Quid tu, inquit, miles tyro, tam feroculus es tuos
 quoq; iste uerbis infatuauit: In magnū mehercule uos pe
 riculū impulit, misereor uestri. Tum miles. Non sum, in
 quit, tyro Labiene, sed de legione decima ueteranus. Tū
 Labienus, Nō agnosco, inquit, signa decumanorum. Tum
 miles. Iam me quis sim, intelliges. Simul cassidem de capi
 te deiecit, ut cognosci ab eo posset, atq; ita pilum uerbis
 cōtortum, dum in Labienum mittere cōtendit, equū graui
 ter aduerso pectori affixit, & ait, Labiene decumanum mi
 litem, qui te petit, scito esse. Omnium tamē animi in terro
 rem coniecti, & maxime tyronū. Circūspicere enim Ce
 sarem, neq; amplius facere, nisi hostiū iacula uitare. Ce
 sar interim cōsilio hostiū cognito, iubet aciem in longi
 tudinē quammaximā porrigi, & alternis cōuersis cohorti
 bus,

Verba Labie
 ni ad Caesaris
 ueteranos.

bus, ut una post alterā ante signa tenderet. Ita coronam hostium dextro, sinistroq; cornu mediā diuidit, & unam partem ab altera exclusam, equitibus intrinsecus adortus, cum peditatu telis coniectis in fugam uertit, neq; longius progressus ueritus insidias, se ad suos recipit. Idem altera pars equitum, peditumq; Caesaris fecit. His rebus gestis, & procul hostibus repulsis, cōuulneratisq; ad sua præsidia sese, ut erat instructus, recipere coepit. Interim M. Petreius, & Cn. Piso cū equitibus numidis M. C. electis, peditatūq; eiusdem generis satis grandi ex itinere recta subsidio suis occurrūt. At cohortes suis ex terrore firmatis, rursusq; renouatis animis, legionarios cōuersis equitibus recipientes, nouissimos adoriri, & impedire cōperunt, quo minus se in castra reciperēt. Hac re animaduersa, Caesar iubet signa conuerti, & medio campo redintegrari prælium, cum ab hostibus eodem modo pugnaretur, nec cominus ad manus rediretur, Caesarisq; equites, iumenta q; ex nausea recēti, siti, langore, paucitate, uulneribus, defatigata ad insequendū hostem, perseuerādumq; cursum tardiorē haberēt, dieiq; pars exigua iam reliqua esset: cohortibus, equitibus circumdati, imperat, ut uno ictu contenderent, neq; remitterent, donec ultra ultimos colles hostes repulissent, atq; eorum essent potiti. Itaq; signo dato, cum iam hostes languide, negligenterq; tela mitterent, subito immittit cohortes, turmasq; suorum, atq; puncto temporis, hostibus nullo negotio campo pulsas, post collemq; deiectis, nacti locum, atque ibi paulisper commorati, ita ut erant instructi, leniter se ad suas recipiunt munitiones. Itemq; aduersarij male accepti, tū de-

mum

M. Petreius.
Cn. Piso.

Labieni exerci-
tus quantus.

num se ad sua præsidia contulerunt. Interim ea re gestis,
& praelio direpto, ex aduersarijs per fuga plures ex o-
mni hominum genere, & præterea intercepti hostiū cō-
plures equites, peditesq; ex quibus cognitū est hostium
cōsiliū, eos hac mente, & conatu uenisse, ut nouo, atq;
inuitato genere praelij tyrones, legionarij; pauci per-
turbati, Curionis exēplo ab equitatu circumuenti oppre-
merentur. Et ita Labienum dixisse pro concione, tantum
se multitudinē auxiliorū aduersarijs subministraturū,
ut etiā cadendo in ipsa uictoria fatigati uincerentur, atq;
a suis superarentur. Quippe qui in nullo illorū sibi con-
deret: Primum, quod audierat Romæ legiones ueteranas
dissentire, neq; in Africam uelle transire. Deinde quod
Triennio in Africa suos milites consuetudine retentos,
fideles iam sibi effecisset, maxima autem auxilia haberet
Numidarū, equitumq; leuis armaturæ. Præterea ex fuga,
praelioq; Pompeiano, quos secum à Brūdusto trāsporta-
uerat, equites Germanos, Gallosq; ibiq; postea ex libe-
ris libertinis, seruisq; conscripserat, armauerat, equosq;
frenato uti cōdocuerat. Præterea regia auxilia elephan-
tes c. xxx. equitatusq; innumerabilis: deinde legiones cō-
scriptæ ex cuiusq; modi generis amplius xlii. milibus.
Hac spe, atq; ea audacia inflammatus Labienus cū equiti-
bus Gallis, Germanisq; dccc. Numidarum sine frenis
viii. milibus. Præterea Petreiano auxilio adhibito equi-
tibus M C. peditū, ac leuis armaturæ quater tātis, legiti-
marijs, ac funditoribus, hippotoxotisq; cōpluribus, his co-
pijs pridie nonarū Ianua. post diem tertium, q̄ Africā attin-
git in campis planissimis, purissimisq; ab hora diei quintæ
usq;

usq; ad solis occasum est decertatū. In eo praelio Petreius
grauiter ictus ex acie recessit. Caesar interim castra muni-
re diligentius, praesidia firmare maioribus copijs, uallumq;
ab oppido Ruspina usq; ad mare deducere, & a castris
alterum eodem, quo tutius ultro, citroq; commeari, au-
xiliaq; sine periculo sibi succurrere possent. Tela, tor-
menta; ex nauibus in castra comportare, remigum par-
tem ex classe Gallorum, Rhodiorumq;, epibatarumq; ar-
mare, & in castra euocare, uti si posset, eadem ratione,
qua aduersarij, leuis armatura interiecta inter equites
suos interponeretur, sagittarijsq; ex omnibus nauibus
Ithyreis, Syrijs, & cuiusq; generis ductis in castra com-
pluribus, frequentabat suas copias. Audiebat enim Sci-
pionem post diem tertium eius diei quo praelium factum
erat, appropinquare, copias suas cum Labieno, & Pe-
treio coniungere. Cuius copiae legionum octo, & equi-
tum quatuor millium esse nuntiabantur, officinas ferra-
rias instruere, sagittasq;, & tela uti fierent complura, cu-
rare, glandes fundere, sudes comparare, literas in Sici-
liam, nuntiosq; mittere, ut sibi crates, materiemq; conge-
rerent ad arietes, cuius inopia in Africa esset. Præterea
forum, plumbumq; mitteretur. Etiam animaduvertebat
frumento se in Africa nisi importato uti nō posse. Priore
enim anno propter aduersariorum delectus, quod stipen-
dij aratores milites essent facti, messem nō esse factam.
Præterea ex omni Africa frumentum aduersarios in pau-
ca oppida, & bene munita comportasse, omnemq; regio-
nem Africa exinanisse frumento, oppida, præter pauca,
que ipsi suis praesidijs tueri poterant, reliqua dirui, atq;
ff deleri

deleri, & eorum incolas intra sua praesidia coëgisse, com-
migrare : agros desertos, ac uastatos esse. Hac necessitate
Caesar coactus priuatos ambiendo, & blande appellando,
aliquantulum fluuenti numerum in sua praesidia con-
gesserat, & eo parce utebatur. Opera interim ipse quoti-
die circumire, & alteras cohortes in statione habere pro-
pter hostiū multitudinem. Labienus saucios suos, quorū
numerus maximus fuit, iubet in plaustris Adrumetum
deportari. Naues interim Caesaris onerariae erran-
da male uagabantur, incertae locorum, atque castrorum
suorum, quas singulas scaphae aduersariorum complures
adortae incenderant, atq; expugnaverant. Hac re nuntia-
ta Caesari, classes circum insulas, portusq; disposuit, quo-
tutius commeatus supportari posset. M. Cato interim,
qui Uticae praerat, Cn. Pompeium filium multis uerbis,
assidueq; obiurgare non desistebat: Tuus, inquit, pater
istius aetatis cum esset & animaduertisset Remp. ab aulā
cibus, sceleratisq; ciuibus oppressam: bonosq; aut interfe-
ctos, aut exilio multatos, patria, ciuitateq; carere gloria,
& animi magnitudine elatus, priuatus, atq; adolescētilus
paterni exercitus reliquijs collectis penē oppressam fundi-
tus, & delatam Italiam, urbemq; Romanam in liberta-
tem uendicauit. Idemq; Siciliam, Africam, Numidiam,
Mauritaniam mirabili celeritate armis recepit: quibus
ex rebus sibi eam dignitatem, quae est per gentis clarissi-
ma, notissimaq; conciliauit: adolescentulusq;, atq; eques
Romanus triumphauit. Atque ille non ita amplis rebus
patris gestis, neq; tam excellenti maiorum dignitate par-
ti, neq; tantis clientelis, nominisq; claritate praeditus,
in Remp.

Naues Caesaris
onerariae incen-
tae.

M. Catonis ad
Cn. Pompei fi-
lium uerba.

in Remp. est ingressus. Tu contra & patris nobilitate,
 & dignitate, & per te ipse satis animi magnitudine, dili-
 gentiaq; præditus, non ne cñteris, & profisceris ad pa-
 ternas diætelas, auxilium tibi, rei; publicæ, atq; optimo
 cuiq; efflagitatum? His uerbis hominis grauissimi incita- Pompeij filius.
 tus adolescentulus, cum nauiculis cuiusq; modi generis
 xxx. inibi paucis rostratis, profectus ab Utica est in
 Mauritaniam, regnumq; Bogudis est ingressus. Expedi-
 toq; exercitu numero seruatorum, liberorum duorum milliū,
 cuius partem inermem, partē armatam habuerat, ad oppi- Ascurum opp.
 dum Ascurum accedere coepit, in quo oppido præsidium
 fuit regium. Pompeio adueniente, oppidani usq; eo passi
 propius cum accedere, donec ad ipsas portas, ac murum
 appropinquaret, subito eruptione facta, prostratos, per-
 territosq; Pōpeianos in mare passim, nauesq; cōpulerūt.
 Ita re male gesta, Cn. Pompeius filius naues inde auertit,
 neq; postea littus attigit, classēq; ad insulas Baleares
 uersus conuertit. Scipio interim cū his copijs, quas paulo
 ante demonstrauius, Uticæ grādi præsidio relicto pro-
 fectus, primum Adrumeti castra ponit, deinde ibi paucos
 dies cōmoratus, noctu itinere factō, cū Petrei, & Labie-
 ni copijs se coniungit, atq; unis castris factis, III. millia
 passuum lōge confidunt. Equitatus interim eorum circum
 Cesaris munitiones uagari, atq; eos, qui pabulandi, aut
 aquandi gratia extra uallū progressi essent excipere, &
 ita omnes aduersarios intra munitiones cōtinere. Quare
 Cesariani graui annonæ sunt confictati, ideo quod non-
 dū neq; ab Sicilia, neq; ab Sardinia commectus supporta-
 tus erat, neq; per anni tēpus in mari classes sine periculo
 ff 2 uagari

uagari poterant, neq; amplius milia passuum sex terra
 Africe, quoquo uersus tenebant, pabuliq; inopia preme-
 batur. Quae necessitate coacti ueterani milites, equitesq;
 qui multa terra, mariq; bella conficissent, et periculis,
 inopiaq; tali saepe essent conflictati, alga è litore collecta,
 et aqua dulci elota, et ita iumentis esurientibus data, ni-
 tam eorum producebant. Dum hæc ita fierent, Rex Iuba
 cognitis Caesaris difficultatibus, copiarumq; paucitate, ni-
 est uisum dari spatium conualescendi, augendarumq; eius
 opum: itaq; comparatis equitum magnis, peditumq; co-
 pijs, subsidio suis egressus è regno ire contendit. P. Silius
 interim, et rex Bogud coniunctis suis copijs, cognito
 Regis Iubæ egressu, propius eius regnū copias suas ad-
 mouere, Cirtamq; oppidum eius regni opulentissimum
 adorti, paucis diebus pugnando capiūt, et præterea duo
 oppida Getulorum, quibus cum conditionem ferrent, ut
 oppido excederent, idq; sibi uacuum traderent, cōditio-
 nemq; repudiaissent, postea ab eis capti, interfectiq; sunt
 omnes. Inde progressi agros, oppidaq; uexare non desi-
 stunt. Quibus rebus cognitis, Iuba, cum iam non longe à
 Scipione, atq; eius ducibus abesset, capit consilium, satius
 esse sibi, suoq; regno subsidio ire, quam dum alios adiu-
 turus proficisceretur, ipse suo regno expulsus, forisq;
 utraq; re expelleretur. Itaq; rursus se recepit, atq; auxilia
 à Scipione etiā abduxit, sibi, suisq; rebus timens, elephan-
 tisq; triginta relictis, suis finibus, oppidisq; suppetias pro-
 fectus est. Caesar, cū de suo interim aduentu dubitatio in
 Prouincia esset, neq; quisquā crederet ipsum, sed aliquē
 legatum cum copijs in Africam uenisse, cōscriptis literis
 circum

P. Silius, & Bo-
 gud rex, Iubæ
 regnū inuadūt.

Cirta opp.

Iuba in suū re-
 gnum redit.

circum Prouinciam omneis ciuitates facit de suo aduentu certiores. Interim nobiles homines ex suis oppidis profugere, & in castra Caesaris deuenire, & de aduersariorum eius acerbitate, crudelitateq; commemorare coeperunt. Quorum lachrymis, querelisq; Caesar commotus, cum antea constitisset in statuis castris, aestate inita cunctis copijs, auxilijsq; coactis, bellum cum aduersarijs suis genere instituit, literisq; celeriter in Siciliam ad Alienum, & Rabinum Posthumum conscriptis, & per Catascopum missis, ut sine mora, aut ulla excusatione hyemis, uentorumq; exercitus sibi quam celerrime transportaretur, Africam Prouincia perire, funditusq; euerti a suis inimicis: quod nisi celeriter socijs foret subuentum, praeter ipsam Africam terram nihil, ne tectum quidem, quod se reciperet, ab illorum scelere, insidijsq; reliquum futurum. Atq; ipse in tanta erat festinatione, & expectatione, ut postero die quam mississet literas, nuntiumq; in Sicilia, classem, exercitumq; morari diceret: noctes, diesq; oculos, mentemq; ad mare dispositos, directosq; haberet. Nec mirum, animaduertebat enim uillas exuri, agros uastari, pecus diripi, trucidariq; oppida, castellaq; dirui, deseriq; principes ciuitatum, aut interfici, aut in catenis teneri, liberos eorum obsidum nomine in seruitutem abripi. His se miseris, suamq; fidem implorantibus, auxilio propter copiarum paucitatem esse non posse. Milites interim in opere exercere, castra munire, turres, castella facere, molesq; iacere in mare non intermittere. Scipio interim elephantes hoc modo codocefactes instituit.

Africæ calamitas.

Scipio elephantes instituit.

ff 3 & cōtra

et contra eorum frõtem aduersam lapillos minutos mitteret: deinde in ordinem elephantos constituit. Post illos autem aciem suam instruxit, ut cum ab aduersarijs lapides mitti cœpissent, et elephanti perterriti se ad suos conuertissent, rursus à sua acie lapidibus missis eos conuenteret aduersum hostem, quod ægre, tardeq; fiebat. Audere enim elephanti multorum annorum doctrina, usq; uetusto uix edocti, tamen cõmuni periculo in aciem prouducuntur. Dum hæc ad Ruspianam ab utrisq; ducibus

C. Vergilius Petronius

administratur, C. Vergilius Petronius, qui Thapso oppido maritimo præerat, cum animaduertisset naues singulas cum exercitu Cæsaris incertas locorum, atq; castrorum suorum uagari: occasionem nactus, nauim, quam ibi habuit actuariâ cõplet militibus, et sagittarijs, eidẽ scaphas de nauibus adiungit, ac singulas naues Cæsarianas confectari cœpit, et cū plures adortus, pulsus, fugatusq; inde discessisset, nec tamen desisteret periclitari, forte incidit in

Titus duo Hispani

naue, in qua erant duo Titi Hispani adolescentes tribuni legionis v. quorum patrem Cæsar in Senatum legerat, et cum his T. Salienus Centurio legionis eiusdem, qui M. Messalam legatũ obsederat Messanæ, et seditionis maxima oratione apud eum est usus, idemq; et pecuniam, et ornamenta triumphis Cæsaris retinenda, et custodienda curauerat, et ob has causas timebat sibi. Hic propter cõscientiã peccatorũ suorũ persuasit adolescẽtibus, ne repugnaret, seseq; Vergilio traderet. Itaq; deducti à Vergilio ad Scipionẽ, custodibus traditi, et post diẽ tertium sunt interfecti. Qui, cū ducerentur ad necẽ, petisse dicitur maior Titus à Centurionibus, uti se priorem, quàm fratrem interfi

interficerent. Idq; ab eis facile impetrasse, atq; ita esse interfectos. Turmæ interim equitū, quæ pro uallo in stationibus esse solebant, ab utrisq; ducibus quotidie mutuis prælijs inter se pugnare non intermittunt. Nonnunquam etiam Germani, Galli; Labieniani cū Cæsaris equitibus fide data inter se colloquebantur. Labienus interim cum parte equitatus Leptim oppidum, cui præerat Saserna cum cohortibus tribus oppugnare, ac ui irrumpere conabatur: quod à defensoribus propter egregiam munitiōnem oppidi, & tormētorum multitudinem facile, & sine periculo defendebatur. Quod ubi eius facere equitatus sæpius non intermittebat, & cum forte ante portam turma densa astitisset, scorpione accuratius misso, atque eorum decurione percusso, & ad decumanā defixo, reliqui perterriti, fuga se in castra recipiunt. Quo factō, postea sunt deterriti oppidum tentare. Scipio interim ferè quotidie nō lōge à suis castris passibus ccc. instruere aciē, ac maiore diei parte cōsumpta, rursus se in castra recipere. Quod cū sæpius fieret, neq; ex Cæsaris castris quisquā prodiret, neq; propius eius copias accederet, despecta patientia Cæsaris, exercitusq; eius uniuersis copijs productis, elephantisq; turritis xxx. ante aciē instructis, quam latissime potuit porrecta equitum, peditumq; multitudi-
ne, uno tempore progressus, haud ita longe à Cæsaris castris constitit in campo. Quibus rebus cognitis, Cæsar iubet milites, qui extra munitiones processerant, quiq; pabulandi, aut lignandi, aut etiam muniendi gratia uallum petierant, quæq; ad eandem rem opus erant, omnes intra munitiones minutatim, modesteq; sine tumultu, aut
ff 4 terrore

Cæsar's peritia
bellandi.

terrore se recipere, atque in opere consistere: equitibus autem, qui in statione fuerant, præcipit, ut usque eo locum obtineret, in quo paulo ante constitissent, donec ab hoste missum telum ad se perueniret: quod si propius accederetur, quam honestissime se intra munitiones reciperent. Alij quoque equitatu edicit, uti quisque suo loco paratus, armatusque præstò esset. At hæc non ipse per se coram, cum de uallo perspecularetur, sed mirabili peritus scientia bellandi, in prætorio sedens, per speculatores, et nuntios imperabat, quæ fieri uolebat. Animaduertebat enim, quam quam magnis essent copijs aduersarij freti, tamen sæpe à se fugatis, pulsis, perterritisque, et concessam uitam, et ignota peccata. Quibus rebus nunquam tanta suppetere ex ipsorum inertia, conscientiaque animi, uictorie fiducia, ut castra sua adoriri auderent: Præterea ipsius nomen, autoritasque magna ex parte, eorum exercitus minuebat audaciam: Tum egregie munitiones castrorum, et ualli, fossarumque altitudo: et extra uallum stili cæci mirabilem in modum consiti, uel sine defensoribus aditum aduersarijs prohibebat. Scorpionum, catapultarum, cæterorumque telorum, quæ ad defendendum solent parari, magnam copiam habebat. Atque hæc propter exercitus sui præsentis paucitatem, et tyrocinium præparauerat, non hostium ui, et metu commotus, sapientem se, timidumque hostium opinioni prebebat. Neque idcirco copias, quamquam erant paucae, tyronumque, non educebat in aciem, quod uictorie suorum diffideret, sed referre arbitratur, cuiusmodi uictoria esset futura. Turpe enim sibi existimabat, tot rebus gestis, tantisque exercitibus deuictis, tot,

tam claris uictorijs partus, ab reliquis copijs aduersariorū
 suorum ex fuga collectis, se cruentam adeptum existima-
 ri uictoriam: itaque conſuuerat gloriam, exultationemq;
 eorum pati, donec sibi ueteranarum legionum pars ali-
 qua in secundo comineatu occurrisset. Scipio interim pau-
 liſſer (ut ante dixi) in eo loco commoratus, ut quaſi de-
 ſpeſſiſſe Caſarem uideretur, paulatim reducit ſuas copias
 in caſtra, & concione aduocata, de terrore ſuo, deſpera-
 tioneq; exercitus Caſaris uerba facit, & cohortatus ſuos
 uictoriam propriam ſe eis breui daturum pollicetur. Cae-
 ſar iubet milites rursus ad opus redire, & per cauſam mu-
 nitionū tyrones in labore deſatigare non intermiſſit. In-
 terim Numidæ, Getulīq; diſſugere quotidie ex caſtris Sci-
 pionis, & partim in regnū ſe conferre, partim quod ipſi,
 maioresq; eorū beneficio C. Marij, uſi fuſſent, Caſarēq;
 eius aſſinem eſſe audiebant, in eius caſtra perſugere Ca-
 teruatim non intermiſſunt. Quorum ex numero electis
 hominibus, illuſtriores Getulos, literis ad ſuos ciues da-
 tis, cohortatus, ut manu facta ſe, ſuosq; deſenderet, & ne
 ſuis inimicis, aduerſarijsq; diſto audientes eſſent, mītit.
 Dū hæc ad Ruſſinam fiunt legati ex Acilla ciuitate libera *Acilla ciuitas.*
 etiam undique ad Caſarem ueniunt, ſeq; paratos quæcū-
 que imperaſſet, & libenti animo facturos pollicentur, tan-
 tum orare, & petere ab eo, ut ſibi præſidium daret, quo
 tutius id & ſine periculo facere poſſent, ſe & frumentū,
 & quæcunque res eis ſuppeteret, communis ſalutis gra-
 tia ſubminiſtratuſ. Quibus rebus facile à Caſare impe-
 tratis, præſidioq; dato C. Meſſium ædilitia functum pote *C. Meſſius.*
 ſtate, Acillam iubet proficiſci. Quibus rebus cognitis Cō
 dd s fidi

fidius Longus, qui Adrumenti cum duabus legionibus, et equitibus DCCC. præerat, celeriter ibi parte præsidij relicta cum octo cohortibus Acillam ire contendit. Mestius celerius itinere cōfecto prior Acillam cū cohortibus peruenit. Confidius interim cū ad urbem cum copijs accessisset, et animaduertisset præsidium Cæsaris ibi esse, nō ausus periculo suo rem facere, nulla re gesta pro multitudi-
ne hominum rursus Adrumentum se recepit. Deinde per cis post diebus equestribus copijs à Labieno adductis, rursus Acillitanos castris positos obsidere cepit. Per id tempus C. Sallustius Crispus, quē paucis ante diebus missum à Cæsare cum classe demonstrauimus, Cercinnam peruenit, cuius aduentum C. Decius quæstorius uir, qui ibi cū grandi familiæ suæ præsidio præerat commeatus, paruum nauigium nactus conscendit, ac se fugæ commendat. Sallustius interim prætor à Cercinnatibus receptus, magno numero frumenti inuento, naues onerarias, quarum ibi satis magna copia fuit, complet, atque in castra ad Cæsarem mittit. Allienus interim proconsul è Lilybeo in naues onerarias imponit legiones Decimantertiā, et Decimanquartam, et equites Gallos DCCC. funditorum, sagittariorumq; mille, ac secundum commeatum in Africā mittit ad Cæsarem, quæ naues uentum secundum nocte, quarto die in portum ad Ruspianam, ubi Cæsar castra habuerat, incolumes peruenerunt. Ita Cæsar duplici letitia, ac uoluptate uno tēpore auctus, frumento, auxilijsq; tandem suis exhilaratis animo, atque leuata solitudine deponit legiones, equitesq; ex nauibus egressos iubet ex languore, nausæaq; reficere: dimissos in castella, munitiōesq; dispo-

C. Sallustius apud Cercinnā insulam.

Allienus Cæsari exercitum in Africā transmittit.

dispo

disponit. Quibus rebus Scipio, quiq; cum eo essent comi-
tes mirari, & requirere C. Cæsarem, qui ultro consuesset
bellum inferre, ac laceßere prælio, subito commutatum nõ
sine magno consilio suspicabantur. Itaq; ex eius patientia
in magnum timorem coniecti, ex Getülis duos, quos arbi-
trabantur suis rebus amicissimos, magnis præmijs, pollici-
tationibusq; propositis pro perfugis speculandi gratia in
Cæsaris castra mittunt, qui simul ad eũ sunt deducti, pe-
tierunt, ut sibi liceret sine periculo uerba proloqui. Pote-
state facta. Se penumero, inquit, Imperator, complures
Getüli, qui sumus clientes C. Marij, & propemodum o-
mnes ciues Romani, qui sunt in legione quarta, & sexta
ad te uoluimus, in tuaq; præsidia confugere: sed custodijs
equitum Numidarũ, quo id sine periculo minus facere-
mus, impediēbamur. Nunc data facultate, pro speculatori-
bus missi à Scipione, ad te cupidissime uenimus, ut perspi-
ceremus, nõ quæ fossæ, aut insidiæ elephantis ante castra,
portasq; ualli factæ essent: simulq; consilia uestra contra
easdem bestias, comparisonemq; pugnae cognosceremus,
atq; ei renuntiaremus. Qui collaudati à Cæsare, stipen-
dioq; donati, ad reliquos perfugas deducuntur, quorum
orationem celeriter ueritas comprobauit. Namq; postero
die ex legionibus ijs, quas Getüli nominauerunt milites le-
gionarij complures à Scipione in castra Cæsaris perfuge-
runt. Dum hæc ad Russinam geruntur, M. Cato, qui Vti-
cæ præerat, delectus quotidie libertinorum, asporum, ser-
uorum deniq; et cuiusq; modi generis hoim, qui modo per-
eitatē arma ferre poterāt, habere, atq; sub manũ Scipionis
in castra submittere nõ itermittit. Legati interim ex oppi-
do Tif

Getuli perfugij

Tifdre opp. do Tifdre, in quo tritici modia millia cccc. cōportata fuerant à negociatoribus Italicis, aratoribusq; ad Cæsarem uenere, quātāq; copia frumētī apud se sit docent, simulq; orant, ut sibi præsidium mittat, quo facilius & frumentum, & copiae suae conferuentur. Quibus Cæsar in præsentia gratias agit, præsidiumq; breui tempore se missurū dixit, cohortatusq; ad suos ciues iubet proficisci. **P. Scitius in Numidia Iubæ regno.** Scitius interim cum copijs Numidiæ fines ingressus, castello in montis loco munito locato, in quod Iuba belli gerendi gratia, & frumentum, & res ceteras, quæ ad bellū usui solent esse, comportauerat, ui expugnando, est potitus.

Cæsar postquam legionibus ueteranis duabus, equitatu, leuiq; armatura, copias suas ex secundo comœatu auxerant, naues sex onerarias statim iubet Lilybæum ad reliquum exercitum transportandum proficisci. Ipse v. i. Calendarum Feb. circiter, uigilia prima imperat speculatores, apparitoresq; omneis, ut sibi præsto essent. Itaque omnibus inscijs, neque suspicantibus, uigilia 111. iubet omneis legiones ex castris educi, atque se consequi ad oppidum Ruspinam uersus, in quo ipse præsidium habuit, & quod primum ad amicitiam eius accessit, inde paruulā procliuitatem digressus, sinistra parte campi, propter mare legiones educit. Hic campus mirabili planicie patet millia passuum xv. quem iugum ingens à mari ortum, neque ita præaltum, uelut theatri efficit speciem. In hoc iugo colles sunt excelsi pauci, in quibus singule turres, speculæq; singule perueteres erant collocatæ, quarum apud ultimam præsidium, & statio fuit Scipione. Postquam Cæsar ad iugum, de quo docui, ascendit, atque in unum quēq;

queng; collem turres, castellaq; facere coepit, atque ea mi-
nus semihora efficit. Et postquam non ita longe ab ultimo
colle, turriq; fuit, quæ proxima fuit castris aduersariorū,
in qua docui esse præsidium, stationemq; Numidarum,
Cæsar paulisper commoratus, perspectaq; natura loci,
equitatu in statione disposito, legionibus opus attribuit:
brachiumq; medio iugo ab eo loco, ad quem peruenerat,
usque ad eum, unde egressus erat, iubet dirigi, ac muniri.
Quod postquā Scipio, Labienusq; animaduertērūt, equi-
tatu oī ex castris educto, acieq; equestri instructa, à suis
munitionibus circiter passus mille progrediūtur, pedestrē
copiam in secunda acie minus passus cccc. à castris
suis constituunt. Cæsar in opere milites adhortari, neque
aduersariorum copijs moueri. Iam cum non amplius pas-
sum mille quingentis inter hostium aciem, suasq; muni-
tiones esse animaduertisset, intellexissetq; ad impediendos
milites suos, & ab opere depellendos hostem propius
accedere, neesseq; haberet legiones à munionibus dedu-
cere, imperat turmæ Hispanorum, ut ad proximum col-
lem propere accurrerent, præsidiumq; inde deturbarent,
locumq; caperent, eodemq; iubet leuis armaturæ pau-
cos consequi subsidio. Qui missi celeriter Numidas ad-
orti partem uiuos capiunt, nonnullos equites fugientes cō-
mulnerauerunt, locoq; sunt potiti. Postquam id Labienus
animaduertit, quo celerius ijs auxilium ferret, ex acie in-
structa equitatus sui propē totum dextrum cornu auer-
tit, atq; suis fugientibus suppetias ire cōtendit. Quod ubi
Cæsar conspexit, Labienum ab suis copijs longius abscē-
sisse, equitatus sui alam sinistrā ad intercludendos hostes
immisit.

Gallorum, Ger-
manorūq; equi-
tum cædes.

Legionum Sci-
pionis fuga.

Vzita opp.

immisit. Erat in eo campo, ubi ea res gerebatur ulla pe-
magna, quatuor turribus extructa, quæ Labieni prope-
Etum impediēbat, ne posset animaduertere ab equitatu Cæ-
sarīs se intercludi. Itaq; non prius uidit turmas Iulianas,
quā suos cædi à tergo sentit. Ex qua re subito in terro-
rem conuerso equitatu Numidarum, rectā in castra fuge-
re contendit. Galli, Germaniq; qui resisterant, ex superio-
re loco, & post tergum circumuenti, fortiterq; resiste-
tes conciduntur uniuersi. Quod ubi legiones Scipioni-
quæ pro castris erant instructæ, animaduenterunt, metu,
ac terrore obcæcatæ, omnibus portis in sua castra fugere
cœperunt. Postquam Scipione, eiusq; copijs campo, colli-
busq; exturbatis, atq; in castra compulsis, cū receptā Cæ-
sar canī iussisset, equitatumq; omnem intra suas munitione-
nes recepisset, campo purgato animaduertit mirifica cor-
pora Gallorum, Germanorumq; qui partim eius auctori-
tatem erant ex Gallia secuti, partim pretio, pollicitatione-
busq; adducti, ad eum se contulerant, nonnulli qui ex Ca-
rionis prælio capti, conseruatiq; , parem gratiam in fide
partiēda præstare uoluerant. Horū corpora mirifica spe-
cie, amplitudineq; cæsa toto campo, ac prostrata diuersè
iacebant. His rebus gestis, postero die Cæsar ex omnibus
præsidijs cohortes deducit, atq; omneis suas copias in ca-
mpo instruxit. Scipio suis male acceptis, occisis, uulneratisq;
q; intra suas cōtinere se munitiones cœpit. Cæsar instrue-
cta acie secundum infimas iugi radices propius munitione-
nes leuiter acceffit, iamq; minus mille passuum ab oppido
Vzita, quod Scipio tenebat, aberant legiones Iulianæ, cū
Scipio ueritus, ne oppidum amitteret, unde aquari, reli-
quisq;

quisq; rebus subleuari eius exercitus consueuerat, eductis
oib; copijs quadruplici acie instructa, ex instituto suo,
prima equestri turmatim directa, elephantisq; turritis in-
terpositis, armatisq; suppetias ire contendit. Quod ubi
Caesar animaduertit, arbitratus Scipionem ad dimicandum
paratu, ad se certo animo uenire, in eo loco, quem paulo
ante commemorauit ante oppidum constituit, suamq; acie
median eo oppido textit. Dextrum, sinistrumq; cornu, ubi
elephanti erant, in conspectu patenti aduersariorum con-
stituit. Cū iam propè solis occasum Caesar expectauisset,
neq; ex eo loco, quo constiterat, Scipionē progredi pro-
pius se animaduertisset, locoq; se magis defendere, si res
coegisset, quā in campo cominus consistere audere, non
est uisa ratio propius accedēdi eo die ad oppidum, quo-
niam ibi praesidium grande Numidarū esse cognouerat,
Hosteisq; mediā aciem suam oppido texisse, sibiq; diffici-
le factu esse intellexit, simul & oppidum uno tēpore op-
pugnare, & in acie in cornu dextrum, & sinistrum, ex
iniquiore loco pugnare, praesertim cū milites à mane diei
ieiuni sub armis stetissent de fatigati. Itaq; reductis suis co-
pijs in castra, postero die propius eorum aciem instituit
exporrigere munitiones. Interim Cōfidius, qui Acillam,
& octo cohortes stipendiarias Numidis, Getulisq; obsi-
debat, ubi C. Messius, cohortibus praerant, diu, multumq;
expertus, magnisq; operibus saepe admotis, & ijs ab op-
pidanis incensis, cum proficeret nihil, subito nuntio de
equestri praelio allato commotus, frumento, cuius in ca-
stris copia habuerat incenso, uino, oleo, caeterisq; rebus,
quae ad uictum parari solent, corruptis, Acillam, quā ob-
sidebat,

Confidius.

Naues dux Ce
sarianæ captæ.

Centurionis ad
Scipionē respon
sum.

sidebat, deseruit, atq; itinere per regnum Iubæ factō, con
spias cum Scipione partitus, Adrumetum se recepit. In
terea ex secundo committatu, quem à Sicilia miserat Albe
nus, naus una, in qua fuerat Q. Cōminius, & L. Ticius
eques Romanus, ab residua classe, cum errauisset, delatū;
esset uento ad Thapsum, à Vergilio scaphis, nauiculisq;
actuarijs excepta est, & ad Scipionem dedusta. Item al
ra naus triremis ex eadem classe errabunda, ac tempe
ste ad Egimurum delata, à classe Vari, & M. Octauij
capta, in qua milites ueterani cum uno Centurione, &
nonnulli tyrones fuerunt, quos Varus asseruatos sine cō
tumelia deducendos curauit ad Scipionem: qui, postquam
ad eum peruenerūt, & ante suggestū eius constitērunt.
Non uestra inquit sponte uos, certo scio, sed illius sceler
rati uestri imperatoris impulsu, et imperio coactos ciues,
& optimum quenq; nefarie consecrari: quos quoniā for
tuna in nostram detulit potestatem, si id quod facere de
betis, rempublicam cum optimo quoq; defenditis, certum
est uobis uitam, & pecuniā donare, qua propter quid sen
tatis proloquimini. Hac habita oratione, Scipio, cum exi
stimasset pro suo beneficio sine dubio ab ijs gratias sibi
actum iri, potestatem ijs dicendi fecit. Ex eis Centurio le
gionis XIII. Pro tuo, inquit, summo beneficio Scipio ti
bi gratias ago. Non enim imperatorem te appello, quod
mibi uitam incolumitatemq; belli iure capto, polliceris, si
forsan isto uterer beneficio, si non ei summum scelus ad
iungeretur. Ego ne contra Casarem imperatorem meum,
apud quē ordinem duxi, eiusq; exercitū, pro cuius digni
tate, uictoriaq; amplius xxxvi. annis depugnaui, aduer
sus,

sus, armatusq; consistam? Neq; ego istud facturum sum, et
 te magnopere, ut de negotio desistas adhortor. Cōtra cuius
 enim copias contendas, si minus antea expertus es, li-
 cet nunc cognoscas: Elige ex tuis cohortem unam, quam
 putas esse firmissimam, & constitue contra me: ego autem
 ex meis commilitionibus, quos nunc in tua tenes potestate
 non amplius x. sumam, tunc ex uirtute nostra intelli-
 ges, quid ex tuis copiis sperare debeas. Postquam hæc Cē-
 turio presenti animo aduersus opinionē eius est locutus,
 ira percitus Scipio, atq; animi dolore incēsus, annuit Cen-
 turionibus, quid fieri uellet, atq; ante pedes Centurionem
 interfecit, reliquosq; ueteranos à tyronibus iubet secer-
 ni. Abducite, inquit, istos nefario scelere cōtaminatos, &
 cede ciuium saginatos. Sic extra uallum deducti sunt, &
 cruciabiliter interfecti. Tyrones autem iubet inter legio-
 nes dispartiri, & Cominium cum Ticide in conspectum
 suum prohibet adduci. Qua ex re Cæsar commotus, eos,
 quos in stationibus cum longis nauibus apud Thapsum
 custodiæ causa esse iusserat, ut suis onerarijs, longisq; na-
 uibus præsidio essent, ob negligentia ignominia causa di-
 mittēdos ab exercitu, grauissimumq; in eos edictum pro-
 ponendum curauit. Per id tempus ferè Cæsaris exerci-

Prodigium,

§ §

sticien

spiciendi non habebant facultatem. Præterea ita ex Sicilia exercitum transportauerat, ut præter ipsum militem, & arma, neque uas, neq; mancipium, neque ullam rem, quæ usu militi esse consuevit, in naues imponi pateretur. In Africam autem non modo sibi quidquam non acquirerant, aut parauerant, sed etiam propter annonæ caritatem, ante parta consumpserant. Quibus rebus attenuati, oppido perquam pauci sub pellibus acquiescebant. Reliqui ex uestimentis tentoriolis factis, atq; arundinibus, corijsq; contextis permanebant. Itaq; subito imbre, grandineq; consecuta, grauati pondere, tenebris, aquisq; omnes subruti, disiectiq; nocte intempesta ignibus extinctis, rebusq; ad uictum pertinentibus omnibus corruptis, per castra passim uagabantur, scutisq; capita contegebant. Eadem nocte V. legionis pilorum cacumina sua sponte arserunt. Rex interim Iuba de equestri prælio Scipionis certior factus, euocatusq; ab eodem literis, præfecto Sabura cum parte exercitus contra Sitium relicto, ut secum ipse aliquid autoritatis haberet, exercitus Scipionis à terrore Caesaris cū tribus legiōibus, equitibusq; frenatis dccc. Numidis sine frenis, peditibusq; eius armaturæ grandi numero, elephantisq; xxx. egressus è regno ad Scipionem est profectus. Postquam ad eum peruenit, castris regijs seorsum positis, cum eis copijs, quas commemorauimus, haud ita longe à Scipione confedit. Erat in castris Scipionis superiori tempore magnus terror, & expectatione copiarum regiarum, exercitus eius magis suspensione animi ante aduentum Iubæ commouebatur. Postquam uero castra castris cōtulit, de spectis eius copijs, omne terrorem

Iuba ad Scipionem cum exercitu perficitur.

rorum

yorem deponit. Ita quam antea absens habuerat autorita-
 tem, eam omnē præsens dimiserat. Quo facto, cuius facile
 fuit illatum Scipioni additum animum, fiduciamq; Regis
 aduentu. Nam postero die uniuerſas ſuas, Regisq; copias
 cum elephantis LX. productas in aciem, quam specioſissi-
 me potuit, inſtruxit: ac paulo lōgius progreſſus à ſuis mu-
 nitionibus, haud ita diu commoratas, ſe recepit in caſtra.
 Caſar poſtquā animaduertit Scipioni auxilia ferē, quæ
 expectaſſet omnia, cōueniſſe, neq; morā pugnandi ullam
 fore, per iugum ſummum cū copiis progredi cœpit, &
 brachia protinus ducere, et caſtella munire, propiusq; Sci-
 pionem capiēdo loca excelsa occupare contendit. Aduer-
 ſarij magnitudine copiarum conſiſi proximū collem occu-
 pauerūt, atq; ita longius ſibi progrediendi eripuerunt ſa-
 cultatem. Eiuſdem collis occupandi gratia Labienus con-
 ſilium ceperat, & quo propiore loco fuerat, eo celerius
 occurrerat. Erat conuallis ſatis magna latitudine, altitudi-
 ne prærupta, crebris locis ſpeluncæ in modum ſubruptis,
 quæ erant tranſeunda Cæſari, ante, quā ad eum collem,
 quem capere uolebat, perueniretur: ultraq; eam conuallē
 oliuetum uetus crebris arboribus condenuſum. Hic cū La-
 bienus animaduertiſſet Cæſarem, ſi uellet eum locum oc-
 cupare, prius neceſſe conuallē, oliuetumq; tranſgredi,
 eorum locorum peritus, in inſidijs cum parte equitatus,
 leniq; armatura conſedit: & præterea poſt montem, col-
 lemq; equites in occulto collocauerat, ut cum ipſe ex im-
 prouiſo legionarios adortus eſſet, ex colle ſe equitatus
 oſſederet, ut re duplici perturbatus Cæſar, eiſq; exercitus,
 neq; retro regrediūdi, neq; ultra procedēdi ablata ſaculæ

Scipionis acie.

Inſidiæ Labie-
ni.

Labienifuga.

tate, circumuentus concideretur. Cæsar equitatu ante præmisso, inscius insidiarum, cū ad eum locū uenisset, abusi, siue obliti præceptorū Labieni, siue ueriti, ne in fossā ab equitibus opprimeretur, rari, ac singuli de rupe prodire, & summa petere collis: quos Cæsaris equites consecuti, partim interfecerunt, partim uiuis sunt potiti. Deinde protinus collem petere cōtenderunt, atq; cum decusso Labieni præsidio, celeriter occupauerunt. Labienus cū parate equitum uix fuga sibi peperit salutem. Hac re per equites gesta, Cæsar legionibus opera distribuit, atq; in eo colle, quo erat potitus, castra munivit. Deinde ab suis maximis castris per mediū campum è regione oppidi Vziæ, quod inter sua castra, et Scipione in planicie positū erat, tenebaturq; à Scipione, duo brachia instituit duci, & ita erigere, ut ad angulum dextrum, sinistramq; eius oppidi conuenirēt. Is hac ratione opus instruebat, ut cum propius oppidū copias admouisset, oppugnareq; cœpisset, et etia latera suis munitionibus haberet, ne ab equitatus multitudinem circumuentus, ab oppugnatione detereretur. Præterea quo facilius colloquia fieri possent, & si qui per fugere uellent (id, quod antea sepe accidebat magno cū eorum periculo) tum facile, & sine periculo fieret. Voluit etiā experiri, cū propius hostem accessisset, haberet ne in animo dimicare. Accedebat etiā ad reliquas causas, quod is locus depressus erat, puteiq; ibi nōnulli fieri poterant: aquatione enim longa, & angusta utebatur. Dū hæc opera, quæ ante dixi fiebant à legionibus, interim pars acriter ante opus instructa sub hoste stabat, equites barbari, leuiusq; armature, prælijs minutis cominus dimicabant. Cæsar ab

far ab

far ab eo opere, cum iam sub uesterū copias in castra re-
 duceret, magno incurſu cum omni equitatu, leuiq; arma-
 tura, Iuba, Scipio, Labienus, in legionarios impetum fe- Pregliū equeſtre,
 cerunt. Equites Caſariani ex ui uniuerſe, ſubitæq; hoſtiū
 multitudinis pulſi, parumper ceſſerūt: quæ res aliter ad-
 uerſarijs cecidit: nanq; Caſar ex medio itinere copijs re-
 ductis, equitibus ſuis auxilium tulit. Equites autem aduen-
 tu legionum animo addito, conuerſis equis in Numidas
 cupide inſequentes, diſperſosq; impetum fecerunt, atque
 eos conuulſerunt uſq; in caſtra regia repulerunt, mul-
 tosq; ex his interfecerūt. Quod ni in noctem præliū eſſet
 coniectum, puluiſq; uēto ſtatu omnium proſpectibus of-
 ſciſſet, Iuba cū Labieno capti in poteſtatem Caſaris ue- Iubæ & Labie-
ni fuga.
 niſſent, equitatusq; cum leui armatura ſunditus ad intern-
 tionem deletus eſſet. Interim incredibiliter ex legionibus
 quarta, & ſexta Scipionis milites diffugere, partim in ca-
 ſtra Caſaris, partim in quā quiſq; poterat regionem per-
 uenire. Itemq; equites Curiani diſſi Scipioni, eiſq; co-
 pijs, complures ſe eodẽ conferebant. Dum hæc circum-
 ſtitam ab utriſq; ducibus adminiſtratur, legiones duæ,
 VIII. & X. ex Sicilia nauibus onerarijs proſectæ, cum
 iam non longe à portu Ruſſinæ abeſſent, conſpicatæ na-
 ues Caſarianas, quæ in ſtatione apud Thapſum ſtabant,
 ueriti ne in aduerſariorū, ut inſidiandi gratia ibi commo-
 rantium claſſem inciderent, impudentes uela in altum
 dederunt, ac diu, multumq; iactati, tandẽ multis poſt die-
 bus ſiti, inopiaq; conſecti, ad Caſarẽ peruenerunt. Qui-
 bus legionibus expoſitis, memor in Italia priſtinæ licen-
 tiæ militaris, ac rapinarum certorum hominum, paruulā

modo causulam nactus Caesar, quod Auienus Tr. mil. x. legionis naucm commeatu familia sua, atque iumentis occupauisset, neque militem unum ab Sicilia sustulisset. Postero die de suggestu conuocatis omnium legionum Tribunis, Centurionibusq;: Maxime uellem, inquit, homines sue petulantiae, nimiaeque libertatis aliquando finem fecissent, meaeque lenitatis, modestiae, patientiaeque rationem habuissent. Sed quoniam ipsi sibi neque modum, neque terminum constituant, quo ceteri dissimuliter se gerant, ego metipse documentum more militari constituam, C. Auiene, quod in Italia milites populi Ro. contra Remp. iniustitiae, rapinasque per municipia fecisti, quodque mihi Reipub. inutilis fuisti, & pro militibus tuam familiam iumentaque in naues imposuisti, tuaque opera, militibusque tempore necessario Resp. caret, ob eas res ignominiae causa ab exercitu meo te remoueo, hodieque ex Africa abesse, & quantum potes, proficisci iubeo. Itemque te A. Fonteius, quod Tribunus militum seditiosus, malusque ciuis fuisti, te ab exercitu dimitto, T. Alliene, M. Tyro, C. Clusiane, cum ordines in meo exercitu beneficio, non uirtute consecuti, ita uos gesseritis, ut neque bello fortes, neque pace boni, aut utiles fueritis, & magis in seditione, concitandisque militibus aduersariorum nostrorum imperatoris, quam pudoris, modestiaeque fueritis studiosiores, indignos uos esse arbitror, qui in meo exercitu ordines ducatis, missosque facio, & quantum potestis, abesse ex Africa iubeo. Itaque tradidit eos Centurionibus, & ad singulos non amplius singulis additis seruis, in naui imponendos separatim curauit. Getuli interim per fugam, quos cum literis, mandatisque

Getuli à Inba
deliciu

datisq; à Casare missos supra docuimus, ad suos ciues
 perueniunt, quorum autoritate facile adducti, Caesarisq;
 nomine persuasi, à Rege Iuba desciunt, celeriterq; cum
 tñ arma capiunt, contraq; regem facere non dubitant.
 Quibus rebus cognitis, Iuba distentus triplici bello, ne-
 cessitate coactus, de suis copijs, quas contra Casarem ad-
 duxerat, sex cohortes in fines regni sui mittit, quæ essent
 præsidio cōtra Getūlos. Caesar brachijs perfectis, pro-
 motisq; eo usq; ut telum ex oppido abijci non posset, ca-
 stra munit, balistis, scorpionibusq; crebris ante frontē ca-
 strorum, contraq; oppidū collocatis, defensores muri de-
 terrere non intermittit, eoq; quinq; legiones ex superio-
 ribus castris deducit. Quæ facultate oblata, illustriores, no-
 tissimiq; conspectum amicorum, propinquorumq; efflagi-
 tabant, atque inter se colloquebantur: quæ res, quid utili-
 tatis haberet, Casarem non fālebat. Nāq; Getūli ex equi-
 tati regio nobiliores, equitumq; præfecti, quorū patres,
 cum Mario ante meruerant, eiusq; beneficio agris, fini-
 busq; donati post Syllæ uictoriam, sub Hyempsalis regis
 erat potestate dati, occasione capta, nocte iam luminibus
 accensis, cum equis, calonibusq; suis circiter mille persū-
 giunt in Caesaris castra, quæ erant in campo proxime
 Vxite locata. Quod postquā Scipio, quiq; cū eo erant,

M. Aquinius,

gg 4 est

est missus, qui diceret, audiente Saserna, Vt at te Rex col-
loqui. Quo nuntio perterritus, discessit, & dicto audiens
fuit Regi. Vsu uenisse hoc ciui Romano miror, & ei, qui
a populo Romano honores accepisset, incolumi patria,
fortunisq; omnibus, Iubæ barbaro potius obedienti fuisse,
quàm aut Scipionis obtemperasse nuntio, aut caesis eius-
dem partis ciuibus incolumem reuerti malle. Atque etiam

Iubæ regis su-
perbia.

superbius Iubæ factum non in M. Aquinium hominem,
nouum, paruumq; Senatorem, sed in Scipionem hominem
illa familia, dignitate, honoribusq; præstantem. Nam, cum
Scipio Sagulo purpureo ante Regis aduentum, ut solitus
esset, dicitur Iuba cum eo egisse, non oportere illum eo-
dem uti uestitu, atq; ipse uteretur. Itaq; factum est, ut Sci-
pio ad album sese uestitum transferret, & Iubæ homini
superbissimo inertissimoq; obtemperaret. Postero die uni-
uersas omnium copias de castris omnibus deducunt, &
supercilium quoddam excelsum nacti non longe à Cæsa-
ris castris aciem cōstituant, atq; ibi consistunt. Cæsar uē
producit copias, celeriterq; his instructis, ante suas muni-
tiones, quæ erant in campo, cōstituit, sine dubio existimās
ultrò aduersarios, cum tam magnis copijs, auxilijsq; re-
gis essent præditi, promptiusq; profiluissent, ante se con-
cursuros, propiusq; se accessuros, equo circumuectus, le-
gionesq; cohortatus, signo dato, accessum hostium aucu-
pabatur. Ipse enim à suis munitionibus lōgius sine ratio-
ne non procedebat, quod in oppido Vzita, quod Scipio
tenebat, hostiū erant cohortes armatæ. Eidem autē oppi-
do ad dextrū latus eius cornu erat oppositū. Verebatur
q; ne, si prætergressus esset, ex oppido eruptioe facta, ab
latere

latere eum adorti conciderent. Præterea hæc quoq; eum
causa tardauit, quod erat locus quidã per impeditus ante
aciem Scipionis, quem suis impedimento ad ultro occur=
rendũ fore existimabat. Non arbitror esse prætermitten=
dum quemadmodum exercitus utriusq; fuerunt in aciem
instructi. Scipio hoc modo aciem direxit: Collocabat in
fronte suas, & Iubæ legiones: postea autem Numidas in
subsidiaria acie ita extenuatos, & in longitudinem dire=
ctos, ut procul simplex esse acies à legionarijs militibus
uideretur. In cornibus autẽ duplex esse existimabatur, ele=
phantos dextro, sinistroq; cornu collocauerat, æqualibus
inter eos interuallis interiectis. Post autẽ elephatos arma=
turas leues, Numidasq; substituerat auxiliares, equitatũ
frenatũ uniuersum in suo dextro cornu disposuerat. sinis=
trum enim cornu oppido. Vix ita clauderetur, neq; erat
spatiũ equitatus explicandi, propterea Numidas, leuisq;
armaturæ infinitam multitudinẽ ad dextram partem suæ
aciei opposuerat, frẽ interiecto nõ minus mille passuum
spatio, & ad collis radices magis appulerat, longiusq; ab
aduersariorũ, suisq; copijs promouebat. Id hoc cõsilio, ut
cũ acies duæ inter se cõcurrissent initio certaminis, paulo
longius eius equitatus circumuectus ex improviso clauderetur
multitudine sua exercitum Cæsaris, atq; perturbatum
iaculis cõfigeret. Hæc fuit ratio Scipionis ea die præliãdi.
Cæsaris autẽ acies hoc modo fuit collocata, ut ab sinistro
eius cornu ordinar, & ad dextrum perueniam. Habuit le=
gionẽ nonam, septimã in sinistro cornu, trigessimã, uige=
simã nonã, tertiadecimã, quartadecimã, uigesimã
octauã, uigesimã sextã in media acie, ipsum autẽ dextrũ

Scipionis acies
instructa ad pugnam.

Acies Cæsaris.

cornu secundam aciem ferè in earum legionum parte co-
hortiū collocauerat. Præterea ex tyronum paucas adiece-
rat. Tertiam autè aciem in sinistrum suum cornu cõtle-
rat, & usq; ad aciei suæ mediam legionē porrexerat, &
ita collocauerat, uti sinistrum suum cornu triplex. Id eo
consilio fecerat, quod suum dextrum latus munitionibus
adiuuabatur. Sinistrum autè, equitatus hostiū multitudi-
resistere posset, eodemq; suum omnem contulerat equita-
tum, & quod ei parum cõfidebat, præsidio his equitibus
legionem quintam præmiserat, leuemq; armaturam inter
equites interposuerat. Sagittarios uarie, passimq; locis
certis, maximeq; in cornibus collocauerat. Sic utrorumq;
exercitus instructi, nō plus passuum trecentorū interfecto
spatio, quod forte ante id tempus acciderat nunquā, quin
dimicaretur, à mane usq; ad horum decimam diem persiste-
rūt. Iamq; Cæsar, dum exercitū reducere intra muniti-
ones suas cõpisset, subito uniuersus equitatus ulterior Nu-
midarum, Getulorumq; sine frenis ad dextrā partem se
mouere, propiusq; Cæsaris castra, quæ erāt in colle, se cõ-
ferre cõpit. Frenati autè Labieni equites in loco perma-
nere, legionesq; distingere, cū subito pars equitatus Cæsa-
ris cū leui armatura cõtra Getulos iniussu, ac temere lon-
gius progressi, paludemq; transgressi, multitudinē hostiū
sustinere pauci non potuerunt, leuiq; armatura deserti, ac
pulsī, conuulseratq; uno equite amisso, multis equis saucijs,
leuis armatura uigintisex occisis, ad suos refugerūt.
Quo secūdo equestri prælio factō Scipio letus in castra
nocte copias reduxit. Quod proprium gaudium bellan-
tibus Fortuna tribuere non decreuit. Namq; postero die
Cæsar,

Equestre præ-
lium.

Cæsar,

Cæsar, cum parte equitatus sui Leptim frumenti gratia misit. In itinere prædatores equites Numidas, Getulosq; ex improviso adorti circiter centum partim occiderunt, partim uiuorum potiti sunt. Cæsar interim quotidie legiones in campum deducere, atq; opus facere, uallumq; & fossam per medium campum ducere, aduersariorumq; excursionibus iter officere non intermittit. Scipio item munitiones contra facere, & in iugo, ne à Cæsare excluderetur, adproperare. Ita duces utrique & in operibus occupati erant, & nihilominus equestribus prælijs inter se quotidie dimicabant. Interim Varus classem, quam antea Vticæ hyemis gratia subduxerat, cognito legionis septimæ, & octauæ ex Sicilia aduentu, celeriter deducit, ibiq; Getulis remigibus, epibatisq; complet, insidiandiq; gratia progressus, Adrumetum cum quinquagintaquinque nauibus peruenit. Cuius aduentus inscius Cæsar, L. Cisspiū cum classe xxvii. nauium ad Thapsum uersus in stationem præsidij gratia cōmeatus sui mittit. Itemq; Q. Aquilam cum tredecim nauibus longis Adrumetum eadem de causa præmittit. Cisspius quod erat missus, celeriter peruenit. Aquila tempestate iactatus, promontorium superare non potuit. Atq; angulum quendam tutum à tempestate nactus, cum classe se longius à prospectu remouit. Reliqua classis in salo ad Leptim egressis remigibus, passimq; in litore uagantibus, partim in oppido uictus sui mercandi gratia progressis, uacua à defensoribus stabat. Quibus rebus Varus ex perfugis cognitis, occasionem nactus, uigilia secūda Adrumeto ex Cothone egressus primo mane Leptim uniuersa classe uectus, naues onerarias,

Varus

L. Cisspius

Q. Aquila

onerarias,

Cæsar celeritas.

onerarias, quæ longius à portu in salo stabant, incendit, & pëtiremes duas, uacuas à defensoribus nullo repugnan-
te coepit. Cæsar interim celeriter per nûtos in castris, cum opera circuiret, certior factus, quæ aberant à portu millia passuum VI. equo admissò, omisiss omnibus rebus celeriter peruénit Leptim, ibiq; moratus, omnes ut se naues consequerentur, primû ipse nauigiolum paruum conscendit, in cursu Aquilam multitudine nauigiorum perterritum, atq; trepidantem nactus, hostium classem sequi coepit. Interim Varus celeritate Cæsaris, audaciâq; motus, cum uniuerfa classe conuersis nauibus, Adrumetum uersus fugere contendit, quem Cæsar in milibus passuum quatuor consecutus, recuperata quinqueremi, cû omnibus suis epibatis, atq; etiam hostium custodibus CXXX. in ea naue captis, triremem hostium proximam, quæ in repugnâdo erat commorata, onustam remigum, epibatarumq; coepit. Reliquæ naues hostium promontorium supererunt, atq; Adrumetum in Cothonem se uniuerse contulerunt. Cæsar eodem uento promontorium superare nō potuit, atq; in salo in anchoris ea nocte commoratus, prima luce Adrumetû accedit, ibiq; nauibus onerarijs, quæ erant extra Cothonem incensis, omnibusq; reliquis alijs, aut subductis, aut in Cothonē cōpulsis, paulisper cōmoratus, si forte uellent classe dimicare, rursus se recepit in castra.

P. Vestrius.

P. Ligarius Afranianus.

In ea naue captus est P. Vestrius eques romanus, & P. Ligarius, Afranianus, quæ Cæsar in Hispania cû reliquis dimiserat, & postea se ad Pompeium cōtulerat. Inde ex praelio effugerat, in Africamq; ad Varû uenerat: quæ ob periuriû, perfidiamq; Cæsar iussit necari. P. Vestrio autem, quod

quod

quod eius frater Romæ pecuniam imperatam numerauerat, & quod ipse suâ causam Cæsari probauerat, se Nasidij classe captum, cum ad necem duceretur, beneficio Vari esse seruatum, postea facultatem sibi nullam datam transendi, ignouit. Est in Africa cōsuetudo incolarū, ut in agris, & in omnibus fere uillis sub terra specus condendi frumenti gratia clām habeant, atq; id propter bella maxime, hostiumq; subitum aduentum præparent. Quæ de re Cæsar certior per indicem factus, tertia uigila legiones duas cū equitatu mittit à castris suis millia passuum decē, atq; inde magno numero frumētī onustos recepit in castra. Quibus rebus cognitis, Labienus progressus à suis castris millia passuum VII. per iugum, & collem, per quem Cæsar pridie iter fecerat, ibi castra duarum legionum facit, atq; ibi ipse quotidie existimans Cæsarem eadem sepe frumentandi gratia commeaturum, cum magno equitatu, leuiq; armatura insidiaturus locis idoneis confedit. Cæsar interim de insidijs Labieni ex perfugis certior factus, paucos dies ibi cōmoratus, dum hostes quotidiano instituto, sepe idem faciendo in negligentiam adducerentur, subito mane imperat porta decumana legiones se octo ueteranas cum parte equitatus sequi, atq; equitibus præmissis, neq; opinantes insidiatores subito in conuallibus latentes, leui armatura concidit circiter D. reliquos in fugam turpissimam coniecit. Interim Labienus cum uniuerso equitatu fugientibus suis suppetias occurrat, cuius uim multitudinis cum equites pauci Cæsariani iam sustinere non possent, Cæsar instructas legiones hostium copijs ostendit. Quo factō perterritō Labieno, ac retardato,

Frumenti condendi modus.

retardato, suos equites recepit incolumes. Postero die Iuba Numidas eos, qui loco amisso fuga se receperant in castra, in cruce omnes suffixit. Caesar interim quoniam frumenti inopia premebatur, copiis omnes in castra conducit, atque presidio Lepti, Ruspinæ, Acyllæ relicto, Cissio, Aquilæque classe tradita, ut alter Adrumetum, alter Thapsum mari obsiderent, ipse castris incensis quarta noctis uigilia acie instructa impedimentis in sinistra parte collocatis, ex eo loco proficiscitur, et peruenit ad oppidum

Agar opp.

Agar, quod à Getulis sæpe antea oppugnatum, summæque uel per ipsos oppidanos erat defensum. Ibi in campo castris unis positis, ipse frumentatum circum uillas cum parte exercitus profectus, magno inuento hordei, olei, uini, fici numero, pauco tritici, atque recreato exercitu, rediit in castra. Scipio interim cognito Caesaris discessu, cum uniuersis copijs per iugum Casarem subsequi coepit: atque ab eius castris millia passuum v l. lōge trinis castris dispar-

Zetta opp.

titis copijs confedit. Oppidum erat Zetta, quod aberat à Scipione millia passuum decem, ad eius regionem, et partem castrorum collocatum, à Casare autem diuersum, ac remotum, quod erat ab eo longe millia passuum xviii. Huc Scipio legiones duas frumentandi gratia misit. Quod postquam Caesar ex perfugis cognouit, castris ex campo in collem, ac tutiora loca collocatis, atque ibi presidio relicto, ipse quarta uigilia egressus præter hostium castra proficiscitur cum copijs, et oppido potitur. Legiones Scipionis cōperit longius in agris frumentari, et cum eo cōtendere conaretur, animaduertit copias hostium ijs legionibus occurrere suppetias, quæ res eius impetum retardauit. Itaque

capto

capto C. Biotio Regino equite Ro. Scipionis familiaris-
mo, qui ei oppido præerat, & P. Atrio equite Romano
de conuentu Uticensi, & camelis $\times \times \text{II}$. Regis adductis,
præsidio ibi cū Oppio legato relicto, ipse se recipere cœ-
pit ad castra. Cū iam nō longe à castris Scipionis abesset,
que eū necesse erat prætergredi, Labienus, Afraniusq;
cū omni equitatu, leuiq; armatura ex insidijs adorti, agmī
ei⁹ extremo se offerūt, atq; ex collibus primis existūt.
Quod postquam Cæsar animaduertit, equitibus suis ho-
stium ui oppositis, sarcinas legionarios in aceruum iubet
comportare, atque celeriter signa hostibus inferre: quod
postquam cœptū est fieri, primo impetu legionis, equita-
tus, & leuis armatura hostiū nullo negotio loco pulsa, &
deiecta est de colle. Cū iam Cæsar existimasset hostes pul-
sos, deterritosq; finē laceffendi facturos, & iter cœptum
pergere cœpisset, iterum celeriter ex proximis collibus
erumpunt, atq; eadem ratione, qua ante dixi, in Cæsaris
legionarios impetum faciunt Numidæ, leuisq; armaturæ,
mirabili uelocitate præditi, qui inter equites pugnabant,
& unā, pariterq; cum equitibus accurrere, & refuge-
re consueuerant. Cum hoc sæpius facerent, & Iuliæ
nos proficiscentes insequerentur, & refugerent stantes,
propius non accederent, & singulari genere pugna ute-
rentur, eosq; iaculis cōuulnerare satis esse crederēt: Cæ-
sar intellexit nihil aliud illos conari, nisi ut se cogerēt ca-
stra in eo loco ponere, ubi omnino aquæ nihil esset, ut ex-
ercitus eius ieiunus, qui à quarta uigilia usq; ad horam
decimam diei nihil gustasset, ac iumēta siti perirent. Cum
iam ad solis occasum esset, & non totos centum passus
in horis

in horis quatuor esset progressus, equitatu suo propter equorum interitū extremo agmine remoto, legiones inuicem ad extremum agmen euocabat, ita uim hostium placide, leniterq; procedens per legionarium militem commodius sustinebat. Interim equitum Numidarum copie dextra, sinistraq; per colles percurrere, coronæq; in modum cingere multitudine sua Cæsaris copias, pars agmen extremum insequi. Cæsariani interim non amplius tres, aut quatuor milites ueterani, si se conuertissent, & pilis uiribus contorta in Numidas infestos cōiecissent, amplius duorum millium ad unum terga uertebant, ac rursus ad aciem passim conuersis equis se colligebant, atq; in spatio consequebantur, & iacula in legionarios coniecebant. Ita Cæsar modo procedendo, modo resistendo tardius itinere confecto, noctis hora prima omnes suos ad unum in castris incolumes saucijs x. factis reduxit. Labienus circiter ccc. amissis, multis uulneratis, ac defessis instando omnibus, ad suos se recepit. Scipio interim legiones productas cum elephātis, quos ante castra in acie terroris gratia in conspectu Cæsaris collocauerat, reducit in castra. Cæsar cōtra eiusmodi hostiū genera, copias suas, non ut imperator exercitum ueteranum, uictoremq; maximis rebus gestis, sed ut lanista tyrones gladiatores cōdocefaceret, quo pede se reciperet ab hoste, & quem admodum obuersi aduersarijs, & in quantulo spatio resisterent, modò procurrerent, modò recederent, comminarenturq; inpetum, ac propè quo loco, & quem admodum tela mitterent, præcipit: mirifice enim hostium levis armatura anxium exercitum nostrum, atque sollicitum habebat.

habebat: quia & equites deterrebat praeliū inire, propter equorū interitiū, quod eos iaculis interficiebāt, & legio-
narū militem defatigabant, propter uelocitatem. Grauis enim armaturæ miles, simulatq; ab his insectatus constite-
rat, in eosq; impetū fecerat, illi ueloci cursu facile pericu-
lū uitabant. Quibus ex rebus Cæsar uehementer cōmoue-
batur, quia quodcūq; praeliū, quoties erat cōmissum equi-
tatu suo, sine legionario milite, hostiū equitatu, leuiq; ar-
maturæ eorum nullomodo par esse poterat. Sollicitabatur
autem his rebus, quod nondum hostium legiones cogno-
uerat, & quo nā modo sustinere se posset, ab eorū equi-
tatu, leuiq; armatura, quæ erat mirifica, si legiones quoq;
accessissent. Accedebat etiā hæc causa, quod elephantorū
magnitudo, multitudoq; militum animos detinebat in ter-
rore. Cui uni rei tamē inuenerat remediū. Namq; elephan-
tos in Italiam transportari iusserat, quo & miles noster,
speciemq; & uirtutem bestię cognosceret, & cui parti
corporis eius telū facile adigi posset, ornatusq; ac lorica-
tus elephantus cū esset, quæ pars eius corporis nuda sine
tegmine relinqueretur, ut eō tela conijceretur. Præterea
ut iumēta bestiārū odorem, stridorē, speciem, cōsuetudi-
ne captarum, non reformidarēt: quibus ex rebus largiter
erat consecutus. Nam & milites bestias manibus pertra-
hebant, earumq; tarditatē cognoscebant, equitesq; in eos
pila præpilata conijciebant, atq; in consuetudinem equos
patientia bestiārum adduxerat. Ob has causas, quas su-
pra cōmemorauī, sollicitabatur Cæsar, tardiorq; & cōsy-
deratior erat factus, & ex pristina bellandi cōsuetudine,
celeritateq; excesserat. Nec mirum: copias enim habebat

h h in

Galli homines
aperti, nō in-
sidiosi.

Vacca opp.

in Gallia bellare consuetas, locis campestribus, & cōtra Gallos homines apertos, minimeq; invidiosos: qui per uirtutem, nō per dolum dimicare consueuerunt. Tum autem erat ei laborandum, ut cōsue faceret milites hostiū dolo, insidias, artificia cognoscere: & quid sequi, quid uitare, conueniret. Itaq; quo hæc celerius cōciperent, dabat operam, ut legiones nō uno loco contineret, sed per causam frumētandi huc, atq; illuc raptaret. Ideo, quod hostiū copias ab se, suoq; uestigio nō discessuras existimabat, atq; post diem tertium productas accuratius suas copias, sicut instruxerat, propter hostium castra prætergressus, equo loco inuitat ad dimicandum. Postquam eos abhorre uidet, reducit sub uesperum legiones in castra. Legati interrim ex oppido Vacca, quod finitimum fuit Uzite, cuius Caesarem potitum esse demonstrauimus, ueniunt, petunt, & obsecrant, ut sibi præsidium mittat, se res cōpluris, quæ utiles bello sint, administraturos. Per id tēpus de eorum uolūtate, studioq; erga Caesarem transfuga suos ciues facit certiores. Iubam Regē celeriter cū copijs suis, ante quam Caesaris præsidium eō perueniret, ad oppidū accurrisse, atq; adueniente multitudine circumdata eo potitum, omnibusq; eius oppidi incolis ad unū interfectis, dedisse oppidum diripiendū, delendumq; militibus. Caesar interim illustrato exercitu, ad XII. Calēdarum Apri. postero die productis uniuersis copijs processus à suis castris milia passuum V. à Scipione circiter duum millium interiecto spatio in acie constitit. Postquam satis, diuq; aduersarios à se ad dimicandum inuitatos, superfedere pugne animaduertit, reducit copias. Postero die castra mouet,

atq;

atq; iter ad oppidū Sarsuram, ubi Scipio Numidarum habuerat praesidiū, frumentumq; comportauerat, ire cōtendit. Quod ubi Labienus animaduertit, cū equitatu, leuiq; armatura agmen eius extremum carpere coepit, atque ita lixarum, mercatorumq;, qui plaustris merces portabant, interceptis sarcinis, addito animo, propius, audaciusq; accedit ad legiones, quod existimabat milites sub onere, ac sub sarcinis defatigatos, pugnare nō posse. Quae res Caesarē nō sefellerat, namq; expeditos ex singulis legionibus trecentos milites esse iusserat. itaq; eos in equitatu Labieni immisos, turmis suorum suppetias mittit. Tum Labienus cōuersis equis signorū conspectu perterritus, turpissime cōtendit fugere, multis eius occisis, compluribus uulneratis. Milites legionarij ad sua se recipiunt signa, atq; iter inceptū ire coeperūt. Labienus per iugum summū collis, dextrorsus procul milites subsequi nō desistit. Postquam Caesar ad oppidum Sarsuram uenit, inspectantibus aduersarijs, interfecto praesidio Scipionis, cum suis auxiliū ferre non auderent, fortiter repugnante P. Cornelio Scipione euocato, qui ibi praerat, atque à multitudi-
ne circumuento, interfectoq;, oppido potitur, atque ibi frumento exercitui dato, postero die ad oppidum Tifdrā peruenit: in quo Considius per id tempus fuerat, cum grandi praesidio, cohorteq; sua gladiatorum. Caesar oppidi natura perspecta, atque inopia, ab op-
pugnatione eius deterritus, protinus profectus circiter millia passuum quatuor, ad aquam fecit castra, atque inde quarta die egressus, redit rursus ad ea castra, quae ad Agar habuerat. Idem facit Scipio, atque in antiqua
h h 2 castra

Sarsura opp.

P. Cornelius
Scipio.

Tifdra opp.

Thabenenses.

castra copias reducit. Thabenenses interim, qui sub ditio-
ne, & potestate Iuba esse cōsueſſent, in extrema eius re-
gni regione maritima locati, interfecto regio praſidio, le-
gatos ad Caſarem mittunt, rem male geſtam docent, pe-
tunt, orantq; ut ſuis fortunis praſtō, quōd benemeriti eſ-
ſent, auxiliū ferret. Caſar eorū cōſilio probato, M. Cri-
ſpum tribunū cum cohorte, & ſagittarijs, tormentisq; cō-
pluribus praſidio Thabenā mittit. Eodē tempore ex
legionibus omnibus milites, qui aut morbo impediti, aut
cōmeatu dato, cum ſignis non potuerant ante tranſire in
Africam, ad millia quatuor, equites cccccc. funditores,
ſagittarij; mille uno cōmeatu Caſari occurrerunt. Itaq;
tum his copijs, & omnibus legionibus eductis, ſicut erat
inſtructus, viii. millibus paſſuum à ſuis caſtris, ab Sci-
pionis uero quatuor millibus paſſuum, longe conſtitit in
cāpo. Erat oppidū infra caſtra Scipionis nomine Tegera,
ubi praſidiū equeſtre circiter cccccc. habere conſue-
rat. Eo equitatu dextra, ſiniſtraq; directo ab oppidi late-
ribus, ipſe legionibus ex caſtris eductis, atq; in iugo infe-
riore inſtructis, nō longius ferē mille paſſus ab ſuis muni-
tionibus progreſſus, in acie conſtitit. Poſtquam diutius in
uno loco Scipio cōmorabatur, & tēpus diei in ocio cōſu-
mebatur, Caſar equitum turmas ſuorū iubet in hoſtum
equitatū, qui ad oppidū in ſtatione erat, facere impreſſio-
nē, leuemq; armaturā ſagittarios, funditoresq; eodē ſum-
mittit. Quod ubi coeptū eſt fieri, & equis cōcitatis Iulia-
ni impetum feciſſent, Pacidius ſuos equites exporrigere
coepit in lōgitudinē, ut haberent facultatem turmas Iulia-
nas circūfundere, & nihilo minus fortiffime, acerrimeq;
pugnare.

Tegera opp.

pugnare.

pugnare. Quod ubi Cæsar animaduertit, trecentos, quos ex legionibus habere expeditos consueuerat ex proxima legione, quæ ei prælio in acie constiterat, iubet equitatui succurrere. Labienus interim suis equitibus auxilia equestria summittere, saucijsq; ac defatigatis integros, recentioribusq; uiribus equites subministrare. Postquã equites Iuliani cccc. uim hostiũ, ad quatuor millia numero sustinere nõ poterant, & à leui armatura Numidarũ uulnerantur, minutatimq; cedebãt, Cæsar alterã alam mittit, qui satagëtibus celeriter occurrerët. Quo factò, sui sublati uniuersi in hosteis impressione facta, in fugam aduersarios dederũt, multis occisis, cõpluribus uulneratis, insecuti per tria millia passuum, usq; in colles hostibus adactis, se ad suos recipiũt. Cæsar in horam x. cõmoratus, sicut erat instructus, se ad sua castra recepit omnibus in columibus. In quo prælio Pacidius grauius pilo per cassidem caput ictus, cõpluresq; duces, ac fortissimus quisq; interfecit, uulneratiq; sunt. Postquã nulla cõditione cogere aduersarios poterat, ut in æquum locum descenderent, legio numq; periculum ficerët, neq; ipse propius hostẽ castra ponere propter aquæ penuriam se posse animaduerteteret, aduersarios nõ eorum uirtute confidere, sed aquarũ inopia fretos, despicere se intellexit. Pridie Nonarum April. tertia uigilia egressus ab Agar xvi. millia passuum nocte progressus, ad Thapsum, ubi Vergilius cum grandi præsidio præerat, castra ponit, oppidumq; eo die circummunire cœpit, locaq; idonea, opportunaq; cõplura præsidij occupare, ne hostes intrare ad se, ac loca interiora capere possent. Scipio interim cognitis Cæsaris cõsilijs, ad

Thapsus.

hh 3 neces

necessitatem adductus dimicādi, ne per summum dedecus
 fidiſſimos ſuis rebus Thapſitanos, & Vergilium amitte-
 ret, conſeſtim Caſarem per ſuperiora loca conſecutus,
 millia paſſuum octo à Tapſo binis caſtris conſedit. Erat
 ſtagnum ſalinarum, inter quod, & mare, anguſtiæ qua-
 dam non amplius mille, & quingentos paſſus intererat,
 quas Scipio intrare, & Thapſitanis auxilium ferre con-
 batur, quod futurum Caſarem non ſefellerat. Namq; pri-
 die in eo loco caſtello munito, ibiq; trino præſidio reli-
 cto, ipſe cum reliquis copijs lunatis caſtris Thapſum ope-
 ribus circummunivit. Scipio interim excluſus ab incepto
 itinere, ſupra ſtagnum poſtero die, & nocte cōfecta, ca-
 lo albeſcente non longe à caſtris, præſidioq; quod ſupra
 commemorauimus mille quingētis paſſibus, ad mare uer-
 ſus conſedit, & caſtra munire coepit. Quod poſtquam
 Caſari nuntiatum eſt, milites ab opere deductos, caſtris
 præſidio Aſprenate procōſule cū legionibus duabus reli-
 cto, ipſe cū expedita copia in eum locū citatim contendit,
 claſſisq; parte ad Thapſum relicta, reliquas naues iubet
 poſt hoſtiū tergū, quāmaxime ad litus appellī, ſignumq;
 ſuum obſeruare: quo ſigno dato, ſubito clamore factō, ex
 improuiſo hoſtibus auerſis incuterent terrorem, ut per-
 turbati, ac perterriti reſpicere poſt terga cogerētur. Quō
 poſtquā Caſar peruenit, & animaduertit aciem pro ul-
 lo Scipionis caſtris, elephantisq; dextro, ſiniſtroq; cornu
 collocatis, & nihilo minus partem militū caſtra nō igne-
 uiter munire: ipſe acie triplici collocata, legione decima,
 ſecundaq; dextro cornu, octaua, & nona ſiniſtro, oppo-
 ſitis quinq; legionibus, in quarta acie ante ipſa cornu
 quintis

quānis cohortibus contra bestias collocatis, sagittarijs funditoribus in utrisq; cornibus dispositis, leuiq; armatura inter equites interiecta, ipse pedibus circum milites cōcurans, uirtutesq; ueteranorū, praeliaq; superiora cōmemorans, blandeq; appellans, animos eorum excitabat. Tyrones autem, qui nunquam in acie dimicassent, hortabatur, ut ueteranorum uirtutē emularentur, eorumq; famam, nomen, locumq; uictoria parta cuperent possidere. Itaq; in circumeundo exercitum, animaduertit hostes circa uallum trepidare, atq; ultro, citroq; pauidos concurrere, & modò se intra portas recipere, modò incōstanter, immoderateq; prodire. Cumq; idē à pluribus animaduerti cōceptum esset, subito legati, euocatiq; obsecrare Casarem, ne dubitaret signū dare, uictoriam sibi propriam à Dijs immortalibus portendi: dubitante Casare, atq; eorū studio, cupiditatiq; resistente, sibiq; eruptione pugnari non placere clamitante, & etiam, atque etiam aciem sustentante, subito dextro cornu iniussu Caesaris tubicen à militibus coactus canere cōcepit. Quo factō ab uniuerfis cohortibus signa in hostem cōpere inferri, cum Centuriones petiore aduerso resisterent, uiq; continerent milites, ne iniussu imperatoris concurrerent, nec quicquam proficerent. Quod postquam Caesar intellexit, incitatis militum animis resisti nullo modo posse, signo felicitatis dato, equo admissō, in hostem cōtra principes ire contendit. A dextra interim cornu funditores, sagittarij; cōciti tela in elephantos frequentes iniiciunt: quo factō, bestiae stridore fundarum, lapidumq; perterritae, sese cōuertere, & suos post se frequentes, stipatosq; proterere, & in portas ual-

Prælium,

Elephantorū
fuga.

hh & li se

Militis cuiusdā
virtus excimia.

li semisactas ruere cōtendunt. Item Mauri equites, qui in eodem cornu cū elephantis erant, praesidio deserti, principes fugiūt. Ita celeriter bestiis circuitis, legiones uallo hostium sunt potitæ, & paucis acriter repugnātibus interfectis, reliqui concitati in castra, unde pridie erant egressi, confugiunt. Non uidetur esse prætermittendum de uirtute militis ueterani quintæ legionis: nam cum in sinistro cornu elephātus uulnere ictus, & dolore concitatus, in lixam inermem impetum fecisset, eumq; sub pede subditū, deinde genu innixus, pondere suo, proboscide erecta, uibrantiq; stridore maximo premeret, atq; enecaret, miles hic nō potuit pati, quin se armatum bestię offerret, quem postquam elephāntus ad se telo infesto uenire animaduertit, relicto cadauere, militem proboscide circumdat, atque in sublime extollit armatum, qui in eiusmodi periculo cū constanter agendum sibi uideret, gladio proboscidem, quo erat circūdatus cedere quantum uiribus poterat, nō destitit, quo dolore adductus elephāntus, milite abiectione, maximo cum stridore, cursuq; conuersus ad reliquas bestias se recepit. Interim Thapso qui erant praesidio, ex oppido eruptionē porta maritima faciunt, & siue ut suis subsidio occurrerēt, siue ut oppido deserto, fuga salutem sibi pararent, egrediuntur, atq; ita per mare umbilici sine ingressi, terram petebant. Qui à seruitijs, puerisq; qui in castris erant, lapidibus, pilisq; prohibiti terram attingere, rursus se in oppidum receperunt. Interim Scipionis copijs prostratis, passimq; toto campo fugientibus, confestim Caesaris legiones consequi, spatiumq; se nō dare colligendi, qui postquam ad ea castra, quæ petebant, perfergerunt,

gerunt,

gerunt, ut refectis castris rursus sese defenderent, ducem aliquem requirunt, quem respiceret, cuius autoritate, imperioq; rem gererent: qui postquam aduerterunt, nenum ibi esse praesidio, protinus armis abiectis, in regia castra fugere contendunt. Quo postquam peruenerunt, ea quoq; ab Iulianis teneri uident. Desperata salute in quodam colle consistunt, atq; armis dimissis salutatione more militari faciunt, quibus miseris ea res paruo praesidio fuit: namq; milites ueterani ira, & dolore incensi, non modò, ut parcerent hosti, non poterant adduci, sed etiam ex suo exercitu illustres urbanos, quos authores appellabant còplures, aut uulnerarunt, aut interfecerunt. In quo numero fuit Tullius Rufus Quaestorius, qui pilo traectus còsul-
to à milite interijt. Item Pompeius Rufus brachiū gladio percussus, nisi celeriter ad Caesare accurrisset, interfectus esset. Quo factò complures equites Romani, senatoresq; perterriti, ex praelio se receperunt, ne à militibus, qui ex tanta uictoria licentiā sibi assumpsissent immoderate peccandi impunitatis propter maximas res gestas, ipsi quoq; interficerentur. Itaq; omnes Scipionis milites, cum fidem Caesaris implorarent, inspectante ipso Caesare, & à militibus deprecante, eis uti parcerent, ad unum sunt interfec-
ti. Caesar trinis castris potitus, occisisq; hostium decem millibus, fugatisq; compluribus, se recepit, quinquaginta militibus amissis, paucis saucis, in castra. Ac statim ex itinere ante oppidum Thapsum consiuit, elephantēsq; sexagintaquatuor, ornatos, armatosq; cum turribus, ornamentisq; capit, captos ante oppidum instructos constituit. Id hoc consilio, si posset & Vergilius, quiq; cum eo obside
h h s bantur

Tullius Rufus
Quaestorius.
Pompeius Ru-
fus.

Caesorum nu-
merus.

bantur rei male gestæ suorum indicio à pertinacia deduci. Deinde ipse Vergilium appellauit, inuitauitq; ad dedicationem, suamq; lenitatem, & clementiam commemorauit. Quem postquam animaduertit responsum sibi non dare, ab oppido recessit. Postero die diuina re facta, concione aduocata, in conspectu oppidanorum milites collaudat, totumq; exercitum ueteranorum donauit præmijs, ac fortissimo cuiq; ac bene merenti pro suggestu tribuit. Ac statim inde digressus, T. Rebillo proconsule cum tribus ad Thapsum legionibus, et Cn. Domitio cū duabus Tisaris, ubi Confidius præerat, ad obsidendum relictis, M. Messala Vticam ante præmisso, cum equitatu ipse eodem iter facere contendit. Equites interim Scipionis, qui ex prælio fugerant, cum Vticam uersus iter facerent, perueniunt ad oppidum Paradam. Vbi, cum ab incolis non reciperentur, ideo quòd fama de uictoria Cæsaris præcucurrisset, ut oppido potiti, in medio foro lignis coacruatis, omnibusq; rebus eorum congestis, ignem subijciunt: Atq; eius oppidi incolas cuiusq; generis, ætatisq; uiuos, cōstrictosq; in flammam conijciunt, atq; ita acerbissimo afficiunt supplicio. Deinde protinus Vticam perueniunt. Superiore tempore M. Cato, quòd Vticensibus propter beneficium legis Iulie parum in suis partibus præsidij esse existimauerat, plebē inermem oppido eiecerat, & ante portam belli causa, castris, fossaq; paruula duntaxat munierat, ibiq; custodij circundatis habitare coegerat. Senatum autē oppidi custodia tenebat. Eorum castra L. equites adorti expugnare coeperunt, ideo quòd eos partibus Cæsaris fauisse sciebant, ut eis interfectis, eorum pernicie dolo-

rem suum ulciscerentur. Vticensis animo addito ex Cæsaris uictoria, lapidibus, fustibusq; equites repulerunt. Itaque postquam castris non potuerant potiri, Vticam se in oppidum coniecerunt, atque ibi multos Vticensis interfecerunt, domosq; eorum expugnauerunt, ac diripuerunt: quibus cum Cato persuadere nulla ratione quiret, ut secum oppidum defenderent, & eade, rapinisq; desisterent, & quid sibi uellent, sciret, sedandæ eorum importunitatis gratia, singulis C. diuisit. Idem Sylla Faustus fecit, ac de sua pecunia largitus est, unaq; cum ijs ab Vtica proficiscitur, atque in regnum ire contendit. Complures interim ex fuga Vticam perueniunt: quos omnes Cato conuocatos, unâ cum trecentis, qui pecuniam Scipioni ad bellum faciendum contulerant, hortatur, ut seruitia manumitterent, oppidumq; defenderent, quorum cum partem assentire, partem animum, mentemq; perterritam, atque in fuga destinatam habere intellexisset amplius de ea re agere destitit, nauesq; ijs attribuit, ut in quas quisq; parteis uellet, proficisceretur. Ipse omnibus rebus diligentissime constitutis, liberis suis L. Cæsari, qui tum ibi pro quaestore fuerat, commendatis, & sine suspitione, uultu, atque sermone, quo superiore tempore usus fuerat, cum dormitum iisset, ferrum intro clam in cubiculum tulit, atque ita se traiecit. Qui, dum anima non dum expirata concidisset, impetu facto in cubiculum, ex suspitione medicus, familiaresq; continere, atque uulnus obligare cœpissent, ipse suis manibus uulnus crudelissime diuellit, atque animo præsentem se interemit. Quem Vticensis, quanquam oderant partium gratia,

Vtica diripitur.

Sylla Faustus.

Cato sibi manum infert.

L. Caesar.

gratia, tamen propter eius singularem integritatem, & quod dissimilimus reliquorum ducum fuerat, quodq; Viticam mirificis operibus munierat, turresq; auxerat, sepultura afficiunt. Quo interfecto L. Caesar, ut aliquod sibi ex ea re auxilium pararet, convocato populo, concione habitus, cohortatur omnes, ut portae aperirentur, se in Caesaris clementia magnam spem habere. Itaq; portis patefactis, Vtica egressus Caesari imperatori obviam proficiscitur.

Messala.

Messala, ut erat imperatum, Vticam peruenit, omnibusq; portis custodias ponit. Caesar interim à Thapso progressus, Vscetam peruenit, ubi Scipio magnum frumenti numerum, armorum, telorum, ceterarumq; rerum cum paruo

Vsceta.

praesidio habuerat, hoc adueniens potitur. Deinde Adrumetum peruenit, quod cum sine mora introisset, armis, frumento, pecuniâq; considerata, Q. Ligurio C. Considij filio, qui tum ibi fuerat, uitam concessit. Deinde eodem die Adrumeto egressus, Luneio Regulo ibi cum legione relictâ. Vticam ire contendit, cui in itinere sit obuius. L. Caesar, subitoq; se ad genua proiecit, uitamq; sibi, nec amplius quicquâ deprecatur: cui Caesar facile, & pro sua natura, & instituto concessit. Itē Cecinnæ, Ceteio, P. Atrio, L. Cællæ patri, & filio, M. Epio, M. Aquinio Catonis filio, Damaspipiq; liberis, ex sua consuetudine tribuit, ceterq; noctem luminibus accensis Vticam peruenit, atq; extra oppidum ea nocte mansit. Postero die mane oppidum introijt, concioneq; aduocata, Vticenses incolas cohortatus, gratias pro eorum studio erga se agit. Ciues autē Romanos negotiatores, & eos, qui inter ccc. pecunias contulerant, Varro, & Scipioni, multis uerbis accusatos,

Adrumetum.

et de

et de

et de eorum sceleribus longiori habita oratione, ad ex-
 tremū, ut sine metu prodirent, edicit, se eis duntaxat uitā
 cōcessurum, bona quidem eorū se uenditurum: ita tamen,
 ut qui eorū bona sua redemisset, se bonorū uenditionem
 indicturū, et pecuniam, multā nomine relaturum, ut in-
 columitatem retinere possent. Quibus metu exangui-
 bus, de uitāq; ex suo promerito desperantibus, subito oblata
 salute, libentes, cupidiq; conditionem acceperunt, petie-
 runtq; à Cæsare, ut uniuersis trecentis uno nomīne pecu-
 niā imperaret. Itaq; bis mille sestertium his imposito, ut
 per triennū sex pensionibus populo Ro. soluerēt, nullo
 eorū recusante, ac se eodem die demum natos prædican-
 tes, lati gratias agunt Cæsari. Rex interim Iuba, ut ex Iuba rex,
 prelio fugerat, unā cum Petreio interdū in uillis latitan-
 do, tandē nocturnis itineribus cōfectis in regnum peruē-
 nit, atq; ad oppidum Zaman, ubi ipse domicilium coniu- Zama opp.
 ges, liberosq; habebat: quō ex cuncto regno omnē pecu-
 niā, carissimasq; res cōportauerat, quodq; inito bello o-
 peribus maximis munierat, accedit. Quem antea oppida-
 ni rumore exoptato de Cæsaris uictoria audito, ob has
 causas oppido prohibuerūt, quōd bello cōtra populū Ro-
 manū suscepto in oppido Zama lignis cōgestis, maximā
 in medio foro pyram cōstruxerat, ut si forte bello foret
 superatus, omnibus rebus eō coacervatis, de hinc ciuibus
 cunctis interfectis, eodemq; proiectis, igne subiecto, tum
 demū se ipse in super interficeret, atq; unā cū liberis, cōiu-
 gibus, ciuibus, cunctaq; gazā regia cremaretur. Postquā
 Iuba ante portas diu, multumq; primo minis, pro impe-
 rio egisset cū zamenis: deinde cum se parū proficere
 intel

intellexiſſet, precibus quoq; oraffet, uti ſe ad ſuos deos penates admitteret: ubi eos in ſentētia perſtare animaduertit, nec minis nec precibus ſuis moueri, quo magis ſe reciperet: tertio petit ab eis, ut ſibi cōiuges, liberosq; redderēt, ut ſecum eos aſportaret. Poſtquam ſibi nihil omnino oppidanos reſpōſi reddere animaduertit, nulla re ab his impetrata, ab Zama diſcedit, atq; ad uillā ſuam cū M. Petreio, pauciſq; equitibus ſe cōfert. Zamēſes interim legatos de his rebus ad Cēſarē Vticam mittūt, petuntq; ab eo, uti ante, quā Rex manū colligeret, ſeſeq; oppugneret, ſibi auxilium mitteret, ſe tamē paratos eſſe, ſibi quoad uita ſuppeteret, oppidum, ſeq; ei reſeruare. Legatos collaudatos Cēſar domū iubet antecedere, ac ſuum aduentum prænuntiare. Ipſe poſtero die Vtica egreſſus cū equitatu ire in regnum contendit. Interim in itinere exregijs copijs duces cōplures ad Cēſarem ueniunt, orantq; ut ſibi ignoſcat. Quibus ſupplicibus uenia data, Zamam perueniunt. Rumore interim perlato de eius lenitate, clementiaq; propemodū omnes regni equites Zamam perueniūt ad Cēſarē, ab eoq; ſunt metu, periculoq; liberati. Dum hæc utrobiq; gerūt, Cōſidius, qui Tiſdræ cū ſimilia ſua, gladiatoria manu, Getūliſq; præerat, cognita caede ſuorum, Domitijq; et legionum aduētū perterritus, deſperata ſalute, oppidū deſerit, ſeq; clam cū paucis barbaris pecunia onuſtus ſubducit: atq; in regnum fugere cōtendit: quem Getūli ſui comites in itinere prædæ cupidū

Conſidij mors,

concidunt, ſeq; in quaſcunq; potuere partēis conferunt. C. interim Vergilius, poſtquā terra, mariq; clauſus, ſe nihil proficere intellexit, ſuosq; interfectos, aut fugatos,

M. Cat

M. Catonem Vtica sibi ipsi manus intulisse, Regem uagum, à suis desertum, ab omnibus aspernari. Saburam, eiusq; copias ab Sitio esse deletas, Vtica Casarē sine mora receptū. De tanto exercitu reliquias esse nullas, quæ sibi, suisq; liberis prodesse, à Caninio procōsule, qui eum obsidebat, fide accepta, seq; & sua omnia, & oppidum proconsuli tradit. Rex interim Iuba ab omnibus ciuitatibus exclusus, desperata salute, cum iam conatus esset cum Petreio, ut per uirtutem interfecti esse uiderentur, ferro inter se depugnant, atq; firmior imbecillioem Iuba Petreium facile ferro cōsumpsit. Deinde ipse sibi cū conaretur gladio traicere pectus, nec posset, precibus à seruo suo impetrauit, ut se interficeret, idq; obtinuit. P. interim Silius pulso exercitu, Saburæ præfecti Iubæ, ipsoq; interfecto, cū iter cū paucis per Mauritaniam ad Casarē faceret, forte incidit in Faustum, Afraniumq; qui eam manum habebāt, qua Vticam diripuerāt, iterq; in Hispaniā tendebant, & erāt numero circiter MD. itaq; celeriter nocturno tēpore insidijs dispositis, eos prima luce adortus, præter paucos equites, qui ex primo agmine fuerāt, reliquos aut interficit, aut in deditionē accipit, Afraniū, & Faustū uiuos capit cum cōiuge, & liberis. Paucis post diebus, dissensionē in exercitu orta, Faustus, & Afranius interficiuntur. Pompeiæ cū Fausti liberis Casar inco-lumitatē, suaq; omnia cōcessit. Scipio interim cū Damippo, & Torquato, & Pletorio Rustiano, nauibus longis diu, multumq; iactati, cum Hispaniā peterēt, ad Hypōnē regium deferuntur, ubi classis P. Siliij per id tempus erat. A qua pauciora ab amplioribus circumuēta nauigia deprimi

C. V ergilij
deditio.

Iubæ regis, &
Petreij mors.

Fausti, & Afraniij mors.

Scipionis in-
teritus.

Crispus Sallu-
stius.

Cæsar in Ita-
liam profectio.

deprimuntur. Ibiq; Scipio cum ijs, quos paulo ante nomi-
nauit interit. Cæsar interim Zama auctione regia facta,
bonisq; eorum uenditis, qui ciues Romani contra popu-
lum Romanum arma tulerant, præmijsq; Zamenſibus, qui
de Rege excludendo conſilium cœperant, tributis, uecti-
galibusq; regijs irrogatis, ex regnoq; Prouincia facta,
atq; ibi Criſpo Salluſtio populi Romani præcoſule, cum
imperio relictæ, ipſe Zama egreſſus Vticam ſe recepit.
Ibi bonis uenditis eorū, qui ſub Iuba, Petreioq; ordines
duxerant: Item Thapſitanis HS uiginti millia, conuētui
eorum HS triginta millia, Adrumetanis HS triginta mil-
lia, cōuentui eorum HS quinquaginta millia, multa nomi-
ne imponit. Ciuitates, bonaq; eorū, ab omni iniuria, rapi-
nisq; defendit, Leptitanos, quorū ſuperioribus annis Iu-
ba bona diripuerat, & ad Senatum queſti per legatos,
atq; arbitris à Senatu datis, ſua receperant, triginta cœte-
nis millibus ponderis olei in annos ſingulos multat. Ideo
quod initio per diſſenſionē principum, ſocietate, cū Iuba
inierant, eumq; armis, militibus, pecunia iuuerāt. Tiſſari-
tanos, propter humilitatē ciuitatis, certo numero frumen-
ti multat. His rebus geſtis Idibus Iunij, Vticæ claſſem
cōſcendit, & poſt diem tertium Caraleis in Sardinia per-
uenit. Ibi Sulcitanos, quod Naſidium, eiusq; claſſem rece-
perant, copijsq; iuuerant, HS cētum millibus multat, &
pro decumis, octauas pendere iubet, bonaq; paucorū uen-
dit, & ante diem III. Calendarū Quintilis naues con-
ſcendit. Et à Caralibus ſecundum terram prouectus, duo
de trigeſimo die, eo quod tempeſtatibus in portibus co-
hibebatur, ad urbem Romanam uenit.

A. HIRT